MASTER
NEGATIVE
NO. 92-81131-1

AUTHOR:

WARTH, CARL

TITLE:

DE USU PLURALIUM MODESTIAE...

PLACE:

MARPURGI CATTORUM

DATE:

1891

Master Negative #

92- 81131-1

COLUMBIA UNIVERSITY LIBRARIES
PRESERVATION DEPARTMENT

BIBLIOGRAPHIC MICROFORM TARGET

Original Material as Filmed - Existing Bibliographic Record

Warth, Carl, 1866-

De usu pluralium modestiae et maiestatis apud Xenophontem et Aristophanem. Dissertatio inauguralis quam ... scripsit Carolus Warth ... Marpurgi Cattorum, typis Oscari Ehrhardti, 1891.

36 p. 21 cm.

Thesis. Marburg.

Restrictions on Use:

TECHNICAL MICROFORM DATA

FILM SIZE: 35mm REDUCTION RATIO: 11X

IMAGE PLACEMENT: IA (IIA) IB IIB

DATE FILMED: 3-1-93 INITIALS BE

FILMED BY: RESEARCH PUBLICATIONS, INC WOODBRIDGE, CT

AIIM

Association for Information and Image Management

1100 Wayne Avenue, Suite 1100
Silver Spring, Maryland 20910

301/587-8202

Centimeter

1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 mm

1 2 3 4 5

Inches

1.0 1.1 1.25 1.4 1.6 1.8 2.0 2.2 2.5 2.8 3.2 3.6 4.0 4.5 5.0 5.6 6.3 7.1 8.0

MANUFACTURED TO AIIM STANDARDS
BY APPLIED IMAGE, INC.

DE USU PLURALIUM MODESTIAE ET MAIESTATIS APUD XENOPHONTEM ET ARISTOPHANEM.

DISSERTATIO INAUGURALIS

QUAM

AD SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES

AB

MPLISSIMO PHILOSOPHORUM MARPURGENSIUM ORDINE

RITE CAPESSENDOS

SCRIPSIT

CAROLUS WARTH,

BIRKENFELDENSIS.

MARPURGI CATTORUM.

TYPIS OSCARI EHRHARDTI.

MDCCCLXXXXI.

De usu pluralium modestiae et maiestatis apud Xenophontem et Aristophanem.

Pluralibus modestiae et maiestatis quomodo Latini scriptores usi sint cum satis exploratum sit, usus, qui exstat apud Graecos, nondum constet, hanc rem accuratius examinare mihi proposui. Incepta investigatione effugere me non poterat crebra illorum pluralium usurpatio, quae invenitur in Xenophontis operibus; itaque haec perlegere, exempla colligere rationemque usus statuere aggressus sum. Quo facto cum quaereretur unde ad Xenophontem fluxerit hic usus, utrum ex oratione sublimi tragica an ex usu cottidiano Attico, ad hunc illustrandum comoedias Aristophanis et Platonis dialogos legere coepi. De usu Aeschyleo et Sophocleo nonnulla nova docuerat Ed. Volp.[1]) Incepto illo opere statim intellexi rem mihi propositam brevi tempore dato conficere me non posse operaque modo Aristophanis cuncta, Platonis eum librum, qui inscribitur „Phaedo", perlegi. Neque tamen ceteros scriptores illius aetatis plane omisi, sed de eorum usu pauca me afferre posse gaudeo. In commentatione conscribenda si in universum interdum melius aliquid neglexerim, deterius respexerim, si in ipsis exemplis congerendis aliquid omiserim vel erraverim, peto, ut venia mihi detur et gratias agam iis, qui ad vitia animum meum advertant. Eos autem, qui ante me de illis pluralibus aliquid docuerunt, nominare non praetermittam. Pauca R. Kuehner in

[1]) cf. infra.

grammatica Graeca[1]) attulit. Nonnihil vero in opusculo conficiendo dissertatione Ed. Volp ante hos tres annos edita[2]) adiutus sum, cum hic secundo capite illos plurales tractaverit.

Nunc priusquam ad rem ipsam accedam quomodo materiam disposuerim adiciam. Ac primum quidem duas res afferam, quibus cum illis pluralibus certa est cognatio; dico

cap. I eos locos, quibus loquens aliquis plurali utitur, cum personas absentes, de quibus ipso tempore cogitat vel brevi ante locutus est, verbis amplecti vult, ut demonstrem talibus locis nec modestiae nec maiestatis plurales esse agnoscendos,

atque cap. II nonnulla exempla adiungam, cum affinia sint plurali modestiae, quibus prima pluralis persona posita est pro secunda singularis. Deinde

cap. III de pluralibus modestiae et maiestatis uberius disseram.

cap. IV seorsum de secunda pluralis persona agam.

Cui capiti adponam

cap. V eos locos, quibus pluralis propriorum nominum, quo viri vel feminae eiusdem generis significantur, exstat, cum haec res cum plurali maiestatis certam habeat affinitatem.

Denique

cap. VI de plurali in choricis carminibus Aristophanis usurpato disputabo.

---

1) cf. R. Kuehner, gramm. Graec. II § 371 3.

2) cf. Ed. Volp „De usu numeri pluralis Aeschyleo et Sophocleo" Marpurgi 1888, p. 19—41.

Caput I.

Et apud Xenophontem et apud Aristophanem exempla nobis occurrunt, quibus loquens aliquis plurali utitur ita, ut personas absentes, sive propinquos sive amicos sive socios sive totum genus hominum, de quibus ipso tempore cogitat vel brevi ante locutus est, verbis amplectatur. Exsistunt autem tales loci crebro atque ne quis eos cum pluralibus modestiae vel maiestatis confundat commemorandi sunt. Non mittam dicere secundae quoque personae exempla huc pertinentia hoc in capite enumerari, non in quarto, ubi de secunda pluralis seorsum agitur. Eius rei causa est, quod ea exempla iuxta reliqua nihil miri praebeant, exemplum autem pluralis maiestatis cap. IV allatum ut admodum rarum, quod a ceteris disiungatur, dignum sit. Nonnulla illius generis exempla exstant in sermone familiari, ut An. VII 2 33 Seutha: *ὅπως καὶ τοὺς ἐκβαλόντας ἡμᾶς — κακὸν ποιοίην;* plurali *ἡμᾶς* non se solum, sed etiam patrem suum dicit. Porro Hell. V 4, 33 Cleonymus: *Ὅτι μὲν ἡμῶν ἐπιμελῇ ἤδη ἴσμεν.* Cyr. V 4, 34 Gadatas: *ἕως μὲν γὰρ φίλοι ἦμεν τῷ Ἀσσυρίῳ . . . .* ib. *τῆς γὰρ μεγίστης πόλεως Βαβυλῶνος ἐγγὺς οὖσα, ὅσα μὲν ὠφελεῖσθαι ἔστιν ἀπὸ μεγάλης πόλεως, ταῦτα ἀπελαύομεν, ὅσα δὲ ἐνοχλεῖσθαι, οἴκαδε δεῦρο ἀπιόντες ταύτων ἐκποδὼν ἦμεν· νῦν δ' ἐπεὶ ἐχθροί ἐσμεν, δῆλον ὅτι — καὶ αὐτοὶ ἐπιβουλευσόμεθα — καὶ οἶμαι λυπηρῶς βιωσόμεθα τοὺς ἐχθροὺς καὶ πλησίον ἔχοντες καὶ κρείττους ἡμῶν αὐτῶν ὁρῶντες.* ib. V 5, 34 Cyaxares: *διὰ τὸ αὐτοὺς τούτους ἀξιοῦν ἡμᾶς ἑαυτῶν πάντα βελτίονας εἶναι.* ib. VI 1, 48 Abra-

datas: *Ἀνθ᾽ ὧν σὺ εὖ πεποίηκας ἡμᾶς, ὦ Κῦρε, οὐκ ἔχω* —. Etiam apud Herodotum et apud Thucydidem talia occurrunt, cf. Her. I 114 Artembares: *ὦ βασιλεῦ, ὑπὸ τοῦ σοῦ δούλου, βουκόλου δὲ παιδὸς ὧδε περιυβρίσμεθα*; filius Artembaris verberatus erat, sed plurali inest totam quasi familiam ea re laesam esse. Thuc. VI 89, 4: *τοῖς γὰρ τυράννοις ἀεί ποτε διάφοροί ἐσμεν*; ib. *ξυμπαρέμεινεν ἡ προστασία ἡμῖν.* ib. § 5: *ἐπειρώμεθα.* ib. § 6: *ἡμεῖς δὲ τοῦ ξύμπαντος προέστημεν, δικαιοῦντες* .... ib. *οὐκ ἐδόκει ἡμῖν* ...; pertinent plurales omnino ad Alcmaeonidas et qui ab eorum parte stabant. Aristophanea exempla sunt: Pax 89 Trygaeus: *εἰ δὲ ποιήσεις τοῦτο, κατ᾽ οἴκους αὐτοῦ μεῖνον τοὺς ἡμετέρους.* Thesm. 452 mulier altera: *ὥστ᾽ οὐκέτ᾽ ἐμπολῶμεν οὐδ᾽ εἰς ἥμισυ.* Plut. 999 vetus mulier: *ἄμητα προσαπέπεμψεν ἡμῖν τουτονί.*

Porro is pluralis praebetur in orationibus nuntiorum; exempla tibi affero haec: Av. 1171 nuntius: *δεινότατα πεπόνθαμεν.* ib. 1176: *οὐκ ἴσμεν.* ib. 1178: *ἀλλ᾽ ἐπέμψαμεν.* Cyr. VI 3, 12: *καὶ ἡμεῖς μέν, ἔφη* (nuntius), *εἰκάζομεν ἐλαύνειν αὐτοὺς βουλομένους ἰδεῖν τόδε τὸ στράτευμα.* ib. *καὶ μέντοι, ἔφη* (nuntius), *κατ᾽ αὐτοὺς ἡμᾶς .... ἡμεῖς δέ ἐσμεν μία δεκάς* .... Similiter Nub. 175 discipulus: *ἐχθὲς δέ γ᾽ ἡμῖν δεῖπνον οὐκ ἦν ἑσπέρας.* Ran. 467 servus: *ὃς τὸν κύν᾽ ἡμῶν ἐξελάσας* —. Acharn. 136 Theorus: *Χρόνον μὲν οὐκ ἂν ἦμεν ἐν Θρᾴκῃ πολύν*; sic codices hunc versum exhibent, sed cum in sqq. vv. legatus de se singulari numero usus loquatur, editores hic quoque singularem ponendum esse censuerunt, ut Blaydesius legit: *Χρόνον μὲν οὐκ ἂν ἦν ἂν ἐν Θρᾴκῃ πολύν*, Elmsleius: *οὐκ ἔμειν᾽ ἄν.* Mutatio vero necessaria non esse mihi videtur; plurali potius simpliciter intellegendi sunt complures legati, cum vix Theorus solus, ut etiam Ribbeckius recte monuit, in Thraciam missus sit; atque causa singularis numeri, qui in vv. sqq. exstat, fortasse crimen illud est Theoro, qui aut solus e legatis aderat aut princeps eorum erat, a Dicaeopolide v. 137 tributum. Huc traho etiam Nub. 247: *πρῶτον γὰρ θεοὶ ἡμῖν νόμισμ᾽ οὐκ ἔστι*; Socrates et Strepsiades soli adsunt, nam discipulus abiit, cf. v. 221; ille autem plurali usurpato simul

de discipulis, qui una cum eo novis disciplinis operam dant, cogitat. Eiusdem generis sunt: Nub. 253 idem: *ταῖς ἡμετέραισι δαίμοσιν.* ib. 258: *οὐκ, ἀλλὰ ταῦτα πάντα τοὺς τελουμένους ἡμεῖς ποιοῦμεν.* ib. 317: *ἡμῖν παρέχουσιν.* ib. 423: *πλὴν ἅπερ ἡμεῖς.* ib. 688: *οὐκ ἄρρεν᾽ ὑμῖν ἐστιν*; lectio *ἡμῖν*, quae in nonnullis codicibus, etiam in cod. R., reperitur, reicienda est, cum conexui magis respondere arbitrer *ὑμῖν*; nam *ἡμῖν* magnam Strepsiadis admirationem novae sententiae auditae significaret; sed cum antea varia nova is didicerit, illud novum tantopere non iam mirari potest; praeterea scholiasta hunc versum interpretatur: *οὐκ ἄρρενα ταῦτα ὑμεῖς ἡγεῖσθε*; v. 366 autem cum plerisque libris lectionem *ἡμῖν* retineri volo, quia mea opinione summa admiratio illius hoc vocabulo melius ostenditur quam *ὑμῖν.*

Multa eiusmodi exempla legimus iis locis, quibus de toto genere hominum, quorum unus modo adest, cogitatur, ut Ar. Av. 1387 Cinesias: *κρέμαται μὲν οὖν ἐντεῦθεν ἡμῶν ἡ τέχνη*, dicit is omnino poëtas. Idem exstat Thesm. 155 Agathon: *ἃ δ᾽ οὐ κεκτήμεθα.* Praeterea in eum numerum adscribo: Xen. Mem. III 10, 1 Socrates ad Parrhasium: *τὰ γοῦν κοῖλα καὶ τὰ ὑψηλὰ — διὰ τῶν χρωμάτων ἀπεικάζοντες ἐκμιμεῖσθε*, pluralis pertinet ad pictores in universum. Eodem tendunt: ib. § 2 idem: *Καὶ μὴν τά γε καλὰ εἴδη ἀφομοιοῦντες — ἐκ πολλῶν συνάγοντες — ποιεῖτε.* ib. Parrhasius: *Ποιοῦμεν γάρ.* ib. § 3 Socrates: *τὸ πιθανώτατον καὶ ἥδιστον — ἀπομιμεῖσθε τῆς ψυχῆς ἦθος.* Porro huc spectant: Hier. 1, 6: *τῷ δ᾽ ὕπνῳ ὅτι μὲν ἡδόμεθα* ...., plurali intellegendi sunt privati homines omnino. ib. 1, 14: *ἀλλ᾽ εἰ τοῖς θεάμασι μειονεκτεῖτε, διά γέ τοι τῆς ἀκοῆς πλεονεκτεῖτε*, hoc loco dicuntur tyranni in universum. Simillimi modo se habent: ib.: *ἐπεὶ σπανίζετε.* ib.: *πάντες γὰρ οἱ παρόντες ὑμῖν πάντα καὶ ὅσα ἂν λέγητε καὶ ὅσα ἂν ποιῆτε ἐπαινοῦσι.* ib. *ἀνήκοοί ἐστε.* ib. § 16: *ὑμεῖς* ... . . *εὐφραίνεσθε.* § 17: *ἥδιον ἡμᾶς καὶ πίνειν καὶ ἐσθίειν τῶν ἰδιωτῶν.* ib.: *τὸ ἡμῖν παρατιθέμενον.* § 24: *αἷς χρίεσθε.* ib.: *ἢ αὐτοὺς ὑμᾶς.* § 26: *αἱ τῶν ἀφροδισίων μόνον ὑμῖν ἀπολαύσεις.* ib.: *ἔξεστιν ὑμῖν ὅ τι ἂν κάλλιστον ἴδητε τούτῳ συν-*

εἶναι. § 27: ἐν ᾧ — μειονεκτοῦμεν τῶν ἰδιωτῶν. ib. 2, 2:
ἀλλ' ἐν ἐκείνοις γε πολὺ διαφέρετε τῶν ἰδιωτῶν, ὅτι μεγάλα μὲν
ἐπινοεῖτε, ταχὺ δὲ κατεργάζεσθε, πλεῖστα δὲ τὰ περιττὰ ἔχετε,
κέκτησθε δὲ — κέκτησθε, ἱκανώτατοι δ' ἐστέ —. 2, 5: τὸ δὲ
καὶ ὑμᾶς ταῦτ' ἀγνοεῖν, οἳ — δοκεῖτε. 6, 9: ἀλλ' ὅμως, ὦ
Ἱέρων, ἡμεῖς γε ὅταν ὦμεν ἐν στρατείᾳ, φύλακας προκαθιστά-
μενοι θαρραλέως δείπνου τε καὶ ὕπνου λαγχάνομεν. 6, 10: ὑπὲρ
ὑμῶν. 6, 12: ὃ δ' ἐζήλωσας ἡμᾶς, ὡς — δυνάμεθα — χειρού-
μεθα. 7, 2: καὶ ὑμεῖς — ὅμως προπετῶς φέρεσθε εἰς αὐτὴν
(i. e. τὴν τυραννίδα), ὅπως τιμᾶσθε καὶ ὑπηρετῶσι μὲν ὑμῖν —,
γεραίρωσι δὲ — πάντες οἱ παρόντες ἀεὶ ὑμᾶς. 7, 4: ὥστε ἐμοὶ
μὲν εἰκότως δοκεῖτε ταῦτα πάντα ὑπομένειν, ἃ φέρετε ἐν τῇ τυραν-
νίδι, ἐπείπερ τιμᾶσθε —. 7, 6: ἡμῖν ἐδόκουν εἶναι. 8, 5: ἀλλὰ
καὶ τὸν αὐτὸν τοῦτον καλλίω θεώμεθά τε ὅταν ἄρχῃ ἢ ὅταν ἰδιω-
τεύῃ διαλεγόμενοί τε ἀγαλλόμεθα τοῖς προτετιμημένοις μᾶλλον
ἢ τοῖς ἐκ τοῦ ἴσου ἡμῖν οὖσι. 8, 7: ὁπότε γε — ὑμεῖς τυγχά-
νετε, πῶς οὐκ ἐπειδάν γε ὑμεῖς πολλαπλάσια μὲν διαπράττοντες
ὠφελεῖν δύνησθε, πολλαπλάσια δὲ δωρεῖσθαι ἔχητε, ὑμᾶς καὶ
πολὺ μᾶλλον φιλεῖσθαι τῶν ἰδιωτῶν προσήκει; 8, 8: Ὅτι νὴ Δί',
ἔφη, ὦ Σιμωνίδη, — ἡμᾶς πολὺ πλείω — ἀνάγκη ἐστὶ πραγματεύε-
σθαι. 8, 9|: εἰ μέλλοιμεν ἕξειν — ; 9, 4: καὶ γὰρ ὅταν χοροὺς
ἡμῖν βουλώμεθα ἀγωνίζεσθαι —. Hipparch. 3, 12: ὥσπερ εἰώ-
θατε i. e. omnino equites. ib. 4, 3: ὅταν — ἀφικνῆσθε; 4, 4:
ὅταν μέντοι — ἐλαύνητε. 4, 5: ἢν δὲ ἐπὶ κινδύνων ἐλαύνητέ που —.
De re equ. 9, 9: ἢ οἷς τοῦ καθῆσθαι ἀσφαλῶς ἕνεκα ἁπτόμεθα.
ib. 10, 7: τούτου ἕνεκα τοὺς τροχοὺς μεγάλους τῷ λείῳ προστί-
θεμεν.

Saepissime is pluralis reperitur iis locis, quibus aliquis
cives, populares, aequales secum comprehendit aut dux de mi-
litibus cogitat etc. Exempla tibi praebeo haec: An. IV 1, 21
Cheirisophus: οἱ δ' ἡγεμόνες οὓς ἔχομεν (cf. ib. Xenophon: Ἀλλ'
ἐγὼ ἔχω δύο ἄνδρας); pluralis pertinet ad Cheirisophum et
milites eius, quorum nemo adest. Idem est ib. § 22 Xenophon:
ἐπεὶ γὰρ ἡμῖν πράγματα παρεῖχον, ἐνηδρεύσαμεν etc. An. VI
6, 36 Cleander: ἡμεῖς δὲ ὑμᾶς — δεξόμεθα ὡς ἂν δυνώμεθα
κάλλιστα; hoc quoque loco ex iis, qui in pronomine ἡμεῖς in-

telleguntur, Cleander solus adest. An. VII 3, 11 Seutha:
ἡμεῖς ἱκανοὶ ἐσόμεθα. An. VII, 3, 19 Heraclides: Σὺ (Xe-
nophon) καὶ πόλεως μεγίστης εἶ — καὶ ἀξιώσεις — λαμβάνειν,
ὥσπερ καὶ ἄλλοι τῶν ὑμετέρων ἔλαβον, plurali τῶν ὑμετέρων
non solum Xenophon dicitur, sed omnino Athenienses. Simi-
liter An. VII 7, 49 Xenophon: καὶ μὴ περιιδεῖν με διὰ σὲ
ἀνομοίως ἔχοντα ἐν τῇ στρατιᾷ νῦν τε καὶ ὅτε πρὸς σὲ ἀφικό-
μεθα. Mem. II 8, 1 Eutherus: ἐπειδὴ γὰρ ἀφῃρέθημεν τὰ
ἐν τῇ ὑπερορίᾳ κτήματα, pluralis spectat non modo ad Euthe-
rum et familiam eius, sed etiam ad iacturam reliquorum ci-
vium. Huc tendit etiam: De re equ. 10, 15: εἰθισμένος μὲν
δήπου ἡμῖν ἦν i. e. Xenophonti et iis, qui una cum eo arti
equitandi operam dederunt. Hell. I 6, 11 Callicratidas: ἀντὶ
τῶν συμβάντων ἡμῖν ἀγαθῶν. ib. III 1, 24 Dercylidas: μένε
οὖν παρ' ἡμῖν. ib. § 26 idem: Ἡμέτερ' ἂν εἴη, ἔφη, ἐπεὶ κρα-
τοῦμεν· πολέμιος γὰρ ἡμῖν Φαρνάβαζος. ib. IV 1, 34 Agesilaus:
βασιλεῖ τῷ ὑμετέρῳ πολεμοῦντες. ib. III 4, 5 idem: ἡμᾶς μη-
δὲν — ἀδικήσειν. ib. V 2, 26 Leontiades: νόμιζε τὰς Θήβας —
ὑπὸ Λακεδαιμονίοις καὶ ἡμῖν (i. e. Leontiades et qui ab eius
parte stabant) — ἔσεσθαι. Idem est ib. § 27: ἐὰν δέ γε σὺ
ταῦτα μεθ' ἡμῶν πράξῃς, εὐθύς σοι ἡμεῖς — συμπέμψομεν.
Praeterea in eum numerum adscribo: Cyr. I 6, 20: ἐπεὶ δ'
ἐν τοῖς ἐφήβοις ἦμεν, refertur ad Cyrum et aequales eius plu-
ralis. Idem exstat ib. § 28: Πῶς μήν, ἔφη (Cyrus), παῖδας
ὄντας ἡμᾶς καὶ ἐφήβους τἀναντία τούτων ἐδιδάσκετε. ib. Cam-
byses: ὅπως δέ γε τοὺς πολεμίους δύναισθε κακῶς ποιεῖν, οὐκ
οἶσθα μανθάνοντας ὑμᾶς —. ib. idem: Τίνος μὴν ἕνεκα, ἔφη,
ἐμανθάνετε τοξεύειν; ib.: τί δὲ λέουσι — οὐκ εἰς τὸ ἴσον καθ-
ιστάμενοι ἐμάχεσθε, ἀλλὰ — ἐπειρᾶσθε. ib. § 29: Οὐδὲ γὰρ
τοξεύειν — ἄνθρωπον ἐπετρέπομεν ὑμῖν, ἀλλ' ἐπὶ σκοπὸν βάλλειν
ἐδιδάσκομεν, ἵνα — μὴ κακουργοίητε τοὺς φίλους, εἰ δέ ποτε
πόλεμος γένοιτο, δύναισθε καὶ ἀνθρώπων στοχάζεσθαι. ib. καὶ
ἐξαπατᾶν — οὐκ ἐν ἀνθρώποις ἐπαιδεύομεν ὑμᾶς, ἀλλ' ἐν θη-
ρίοις, ἵνα μηδ' ἐν τούτοις τοὺς φίλους βλάπτοιτε, εἰ δέ ποτε
πόλεμος γένοιτο, μηδὲ τούτων ἀγύμναστοι εἴητε. ib. § 34: οὐ
γὰρ ἂν ἔτι ἐξενεχθῆναι δοκεῖτε πρὸς τὸ ἄγριοι πολῖται γενέσθαι

ἐν τῷ αἰδεῖσθαι ἀλλήλους συντεθραμμένοι. Eodem pertinet ib. § 36: Ὅτι, ἔφη (Cambyses), ὦ παῖ, πολλὰ μὲν τούτων ἀνάγκη ἐστὶ καὶ ὑμᾶς καὶ τοὺς πολεμίους παρασχεῖν. Simile est Cyr. II 1, 2 Cyrus: οἷοι καὶ πρόσθεν ἐφοίτων πρὸς ὑμᾶς μισθοφόροι; Cyaxares solus ex iis, qui plurali intelleguntur, adest. ib. § 9 Cyrus: οἷάπερ ἔχοντες ἔρχονται παρ᾽ ἡμῶν οἱ τῶν ὁμοτίμων καλούμενοι. Cyr. II 2, 22: Ἔστι νὴ Δί᾽ ἀνὴρ ἡμῖν σύσκηνος, i. e. taxiarcha loquens et qui in eius tabernaculo sunt. Cyr. III 2, 15 princeps Armeniorum: ἐπεὶ δ᾽ ἑάλωμεν (cf. antea: ἐγὼ ἐλευθερίαν — ἐπιχειρήσας — ἐγενόμην), σαφῶς ἀπολωλέναι νομίσαντες νῦν ἀναφαινόμεθα σεσωσμένοι —. ib. idem: πολλὰ κακὰ ἡμᾶς ποιοῦντες. ib. § 16 idem: καὶ ἃ ὑπισχνοῦ ποιήσειν ἀγαθὰ ἡμᾶς. ib. ὥστε καὶ προσοφείλοντες — ἀναπεφήναμεν, ἃς ἡμεῖς γε, εἰ μὴ κακοί ἐσμεν, αἰσχυνοίμεθ᾽ ἂν σοι μὴ ἀποδιδόντες. Cyr. III 2, 20: Οὐκοῦν, ἔφη (Cyrus), ἀσφαλῶς ἂν νέμοιτε, εἰ — ἔχοιτε (cf. antea: Σὺ δέ, ἔφη, ὦ Ἀρμένιε). ib. § 22 Cyrus: ἀλλ᾽ ἡμεῖς φυλάξομεν αὐτά (cf. antea: παραδώσω). Cyr. IV 2, 5: Καὶ δοκεῖτε ἄν, ἔφη (Cyrus), ἔτι ἡμᾶς καταλαβεῖν αὐτούς. ib. ἡμεῖς μὲν γάρ, ἔφη, μάλα συμφορὰν τοῦτο ἡγούμεθα, ὅτι ἔλαθον ἡμᾶς ἀποδράντες. Cyr. IV 5, 44 Cyrus: καὶ οὔτε ἐγὼ ἀρκέσω — οὔτε ὑμεῖς πρὸ ἡμῶν. ib. § 45: ἡμεῖς μὲν γὰρ διεφυλάξαμέν τε — καὶ ὑμεῖς ἡμῖν πιστεύετε. ib. καὶ ἡμεῖς πιστεύσομεν etc. etc. Cyrus solus adest Persarum, cf. § 36 fin. τοὺς δ᾽ ἄρχοντας τῶν ἱππέων (i. e. Medorum) καὶ Ὑρκανίων καλέσας et § 54 in. et § 55. Cyr. IV 6, 10 Gobryas: Ἣν αὔριον ἴῃς πρῴ, τῇ ἑτέρᾳ ἂν αὐλίζοιο παρ᾽ ἡμῖν; Gobryas solus ad Cyrum ductus erat, cf. § 1 fin. Cyr. V 1, 4 Araspas: ἡνίκα ἐξῃροῦμέν σοι αὐτήν. ib.: ὅτε μὲν εἰσήλθομεν — οὐ διέγνωμεν —. ib.: ἐπεὶ δὲ — περιεβλέψαμεν. ib. § 5: ὡς δὲ — ἐκελεύσαμεν. Cyr. V 2, 20 Gobryas: Οὐκέτι θαυμάζω, ὦ Κῦρε, εἰ ἐκπώματα — ἡμεῖς ὑμῶν πλείονα κεκτήμεθα, αὐτοὶ δὲ ἐλάττονος ὑμῶν ἄξιοί ἐσμεν. ἡμεῖς μὲν γὰρ ἐπιμελούμεθα, ὅπως ἡμῖν — ἔσται. ib. § 24 Cyrus: οὐκ ἐμὲ μισῶν, ἀλλ᾽ οἰόμενος ἀσύμφορον ἑαυτῷ μεγάλους εἶναι ἡμᾶς. ib. § 25: Σάκαι γε μὴν ὅμοροι ἡμῖν i. e. Hyrcaniis, quorum solus princeps adest. Cyr. V 3, 11: ὅ φατε; sic dicit Cyrus ad Gobryam; cogitat autem

simul de Hyrcaniorum duce, nam cum ambobus 2, 23 sqq. collocutus erat; mirum est in sermone, qui in c. 2, 24 sqq. narratur, nihil de hac re commemoratum esse. Plane idem exstat ib. § 12: οὓς φατε. Cyr. V 3, 19 Cyrus: ἄλλ᾽ εὖ ἴσθι, ὅτι ἡμᾶς — φίλους πεποίησαι, οἵ σοι, ἐὰν δυνώμεθα, πειρασόμεθα μὴ χείρονες βοηθοὶ παραστῆναι. ib. § 21: τῷ ὑμετέρῳ φίλῳ. Cyr. V 5, 35: ἐπειδὰν δὲ πεῖραν ἡμῶν λάβῃς, πῶς ἔχομεν πρὸς σέ; Cyrus, qui haec verba ad Cyaxarem facit, plurali adhibito de Medis, qui secuti erant, cogitat. Cyr. VI 1, 3: ἀλλ᾽ οἶδα, ἔφη (Gadatas), ὅτι, ἂν ὑμεῖς ἀπέλθητε i. e. Cyrus cum Persis. Idem est ib. § 17 Cyrus: ἡμεῖς μὲν γὰρ ἐπείπερ καὶ ὧς οἴκοθεν ἀποδημοῦμεν, φρουρήσειν ὑμῖν ἀναδεχόμεθα. ib. § 18: ἐὰν γὰρ ἡμεῖς — φρουροῦντες δυνώμεθα. Cyr. VI 1, 40: Ἔλθοις ἂν τοίνυν, ἔφη (Cyrus), ἡμῖν πάντα εἰδὼς τὰ τῶν πολεμίων. Cyr. VII 2, 22 Croesus: ἐφ᾽ ὑμᾶς στρατεύεσθαι; ib. ὑμῖν μάχεσθαι. Cyr. VII 4, 5 Adusius: τούτοις Κῦρός τε καὶ ἡμεῖς πολέμιοι ἐσόμεθα.

Apud Aristophanem eiusmodi exempla sunt haec: Nub. 180 Strepsiades: τί δῆτ᾽ ἐκεῖνον τὸν Θαλῆν θαυμάζομεν; Nub. 1285: ἀλλ᾽ εἰ σπανίζεις, τἀργυρίου μοι τὸν τόκον ἀπόδοτε, plurali dicuntur Strepsiades et filius. Ach. 751 Dicaeopolis: Πῶς ἔχετε; ib. homo Megareus: Δαπεινᾶμες ἀεὶ ποττὸ πῦρ; cogitandum est omnino de Megarensibus. Ach. 1064 Dicaeopolis: οἶσθ᾽ ὡς ποιεῖτε τοῦτο, quam lectionem a cod. R. exhibitam retinere velim, cum non sit cur mutetur; intellegendae sunt autem plurali sponsa et amica eius. Vesp. 831 Philocleo: ὃ πρῶτον ἡμῖν τῶν ἱερῶν ἐφαίνετο; ἡμῖν i. e. mihi et collegis meis. Pax 240: ὃν καὶ φεύγομεν. Pax 943: Ἐπείγετε νῦν, dicuntur Trygaeus et servus, quorum ille modo adest, hic abiit ovem apportaturus. Similiter ib. 950: Οὔκουν ἁμιλλήσεσθον; ὡς, ἢν Χαῖρις ὑμᾶς ἴδῃ . . . . . Av. 1225 Pisthetaerus: δεινότατα γάρ τοι πεισόμεσθ᾽, ἐμοὶ δοκεῖν etc. Thesm. 929 prytanis: Ὅδ᾽ ἔσθ᾽ ὁ πανοῦργος ὃν ἔλεγ᾽ ἡμῖν Κλεισθένης; Eccl. 21: καταλαβεῖν δ᾽ ἡμᾶς ἕδρας. ib. 623: Τὸ μὲν ὑμέτερον γνώμην ἔχει. Eccl. 982 sqq.: Ἀλλ᾽ οὐχὶ νυνὶ τὰς ὑπερεξηκοντέτεις εἰσάγομεν, ἀλλ᾽ εἰσαῦθις ἀναβεβλήμεθα. v. 984: Τὰς ἐντὸς εἴκοσιν γὰρ ἐκδικάζομεν.

ib. 986 vetus mulier: *νυνὶ δὲ πρῶτον εἰσάγειν ἡμᾶς δοκεῖ.* ib. 991: *Ἀλλ᾽ οὐχὶ νυνὶ κρησέραν αἰτούμεθα.* ib. 1002: *Τί δῆτα κρεάγρας τοῖς κάδοις ὠνοίμεθ᾽ ἄν.* ib. 1041 sqq.: *ὥστ᾽, εἰ καταστήσεσθε τοῦτον τὸν νόμον, τὴν γῆν ἅπασαν Οἰδιπόδων ἐμπλήσετε.* Lys. 1002: *Πῶς ἔχετε;* ib. *Μογίομες.* Plut. 1138: *ὧν θύεθ᾽ ὑμεῖς ἔνδον.* ib. 1147: *ἀλλὰ ξύνοικον πρὸς θεῶν δέξασθέ με.* ib. 1149: *Τὰ γὰρ παρ᾽ ὑμῖν.*

Caput II.

Sed ad novam rem pervenio, quae cum plurali modestiae certam habet affinitatem. Dico tales locos, quibus prima pluralis persona posita est pro secunda singularis. Exemplum habes Mem. III 6, 6: *Οὐκοῦν, ἔφη, τὸ μὲν πλουσιωτέραν τὴν πόλιν ποιεῖν ἀναβαλούμεθα;* pluralem *ἀναβαλούμεθα* ad Glauconem solum pertinere e conexu apparet; Socrates autem prima pluralis pro secunda singularis persona usus crimen, quod illi facit, sibi quoque tribuit, qua re crimen ipsum levius fit; praeterea hac in elocutione aliquid modestiae inesse quis neget? Eodem modo se habent: ib. § 10: *Οὐκοῦν, ἔφη* (Socrates), *καὶ περὶ πολέμου συμβουλεύειν τήν γε πρώτην ἐπισχήσομεν* et ib. § 11: *Οὔκουν, ἔφη, καὶ περὶ τούτων, ὅταν μηκέτι εἰκάζωμεν, ἀλλ᾽ ἤδη εἰδῶμεν, τότε συμβουλεύσομεν.* Similiter Cyr. II 1, 4 Cyrus: *Τί οὖν — οὐ καὶ τὴν δύναμιν ἔλεξάς μοι, εἰ οἶσθα, πόση τις ἡ προσιοῦσα, καὶ πάλιν τὴν ἡμετέραν —.* Cyrus cum § 2 sq. exposuisset quanta sit sua potentia, Cyaxarem interrogat opes hostium et eius, dicit autem non *τὴν σήν* sed *ἡμετέραν; ἡμετέραν* pro *σήν* positum esse demonstrant etiam verba Cyri § 6: *ἄγε δὴ τῆς σῆς δυνάμεως τί φῂς πλῆθος εἶναι;* quid eo efficitur? Mitem adhortationem confidendi suis iunctis viribus esse in plurali numero quis est quin intellegat? Eodem

modo se habet Cyr. II 4, 12: *ὅτι ἀκούει* (sc. princeps Armeniorum) *τοὺς πολεμίους προσιόντας ἡμῖν,* brevi ante Cyrus dicit *καταφρονοίη σου.* Hoc ad genus traho etiam Ar. Ran. 1214: *οἴμοι, πεπλήγμεθ᾽ αὖθις ὑπὸ τῆς ληκύθου.* Verborum *ληκύθιον ἀπώλεσεν* taedet Dionysum idque Euripidi ostendit modestiore modo prima pluralis usus. Porro Av. 464: *δειπνήσειν μέλλομεν;* pulchre id dictum est; Euelpides cenare cupit, quod plurali indicatur. Vesp. 305: *πόθεν ὠνησόμεθ᾽ ἄριστον;* cf. sqq. vv.: *ἔχεις ἐλπίδα* . . . . . Praecipue hic usus in dialogis invenitur. Socrates enim si cum aliquo colloquitur et hunc de quadam re docere vult, non interrogat: Quomodo id facies? sed: Quomodo id faciemus? etc., quo quasi simulat se quoque de illa re certa doctrina instructum non esse. Hoc autem dicendi genere aliquid modestiae contineri mitemque adhortationem persequendi disputationem maiore attentione animi omnes cognoscent. Tales locos sic esse intellegendos elucet etiam inde, quod interdum secunda singularis est adhibita, ut Mem. III 7, 1: *ποῖόν τινα τοῦτον νομίζοις ἂν τὸν ἄνδρα εἶναι;* Mem. IV 6, 8; IV 6, 10 etc. etc. Exempla vero eiusmodi affero haec: Mem. II 1, 2: *πότερον ἂν αὐτῶν ἐθίζοιμεν;* ib. § 3: *ποτέρῳ ἂν προσθείημεν;* ib. § 7: *Οὐκοῦν — τάξομεν;* ib. II 2, 3: *Τίνας οὖν, ἔφη, — εὕροιμεν ἄν.* ib. II 6, 1: *εἰ δεοίμεθα — πῶς ἂν ἐπιχειροίημεν;* ib. IV 2, 14: *Πρὸς δὲ τῇ δικαιοσύνῃ οὐδὲν ἡμῖν τούτων κείσεται, ὦ Εὐθύδημε;* ib. IV 5, 7: *Σωφροσύνης δέ, ὦ Εὐθύδημε, τίνι ἂν φαίημεν;* ib. § 10: *τῷ γὰρ ἂν ἧττον φήσαιμεν . . .;* ib. 6, 7: *Σοφίαν δὲ τί ἂν φήσαιμεν εἶναι* (cf. vv. sqq.: *πότερά σοι δοκοῦσιν . . .*). Saepissime in Platonis libris tales locos legimus, velut Phaed. 73C: *ὁμολογοῦμεν γὰρ δήπου;* ib. *Ἆρ᾽ οὖν καὶ τόδε ὁμολογοῦμεν;* 74D: *ἆρα φαίνεται ἡμῖν;* ib. *Οὐκοῦν ὁμολογοῦμεν;* ib. 75A, 75D: *ἢ οὐ τοῦτο λήθην λέγομεν, ὦ Σιμμία;* 76D: *οὐ γὰρ δὴ ἔχοντές γε αὐτὰς γιγνόμεθα, ὡς ἄρτι ὡμολογήσαμεν.* 79B: *Ποτέρῳ οὖν — εἴδει φαῖμεν ἂν εἶναι — τὸ σῶμα;* ib. *Τί οὖν περὶ ψυχῆς λέγομεν;* 82A: *ἢ ποῖ ἂν ἄλλοσε φαῖμεν τὰς τοιαύτας ἰέναι;* 86D: *ὅρα οὖν πρὸς τοῦτον τὸν λόγον τί φήσομεν;* 94C: *νῦν οὐ πᾶν τοὐναντίον ἡμῖν φαίνεται ἐργαζομένη;* 94E: *Οὐκ ἄρα, ὦ*

ἄριστε, ἡμῖν οὐδαμῇ καλῶς ἔχει ψυχὴν ἁρμονίαν τινὰ εἶναι φάναι, Socrates pluralis prima usus crimen falsae sententiae Simmiae mitius reddit. ib. *οὔτε γὰρ ἂν — ὁμολογοῖμεν.* 103 C, 105 E idem habes.

Caput III.

Progrediamur nunc ad summam commentationis partem, ad considerandum usum pluralium modestiae et maiestatis. Antea autem, quae ad hoc tempus de iis constent, breviter afferam.

Usurpati sunt apud Graecos iam ab Homero, scriptorum Latinorum primus Cicero [1]) iis usus est, quem ceteri, maxime poëtae, secuti sunt. Sed in Homeri carminibus raro illi inveniuntur, ut pluralis modestiae Od. XI 561: *ἀλλ᾽ ἄγε δεῦρο, ἄναξ, ἵν᾽ ἔπος καὶ μῦθον ἀκούσῃς ἡμέτερον*; maiestatis Il. XV 223: *οἴχεται εἰς ἅλα δῖαν, ἀλευάμενος χόλον αἰπὺν ἡμέτερον*; Juppiter, qui haec de Neptuno ad Apollinem dicit, utitur plurali maiestatis. Alia exempla invenias apud Kuehnerum [2]) et Volpium. [3]) Saepius a poëtis tragicis adhibiti sunt, pluralis modestiae exemplum est Soph. Trach. 632 Deianira: *πρὶν εἰδέναι τἀκεῖθεν εἰ ποθούμεθα*; maiestatis Soph. Ai. 1261 Agamemno: *ὅστις πρὸς ἡμᾶς ἀντὶ σοῦ λέξει τα σά;* [4]) Sed haec hactenus. Infra ad hanc rem redeam usu Xenophonteo et Aristophaneo pertractato.

Ac primum quidem de plurali modestiae, qui vocatur, disseram. Is pluralis modestiae et urbanitatis causa pro prima singularis verbi persona et pro singulari pronominum personalium et possessivorum ponitur ita, ut ab eo, qui loquitur, sententia aliqua vel factum non sibi soli propria, sed etiam aliis communia explicentur. Distinguenda autem sunt duo eius pluralis genera. Ac primum est id, ut is, qui loquitur, alias personas sive praesentes sive absentes, quibus aliquo modo cum sententia vel facto societatem esse scit, plurali secum comprehendat; alterum, ut persona aliqua consilium vel sententiam vel factum, quae ad se solam spectant, plurali usurpato ita pronuntiet, ut alios earum rerum participes esse quasi simulet. Ea genera inter se differunt eo quoque, quod illius exempla nostrae linguae plurali verti possunt, huius singulari respondent.

1) cf. Draegerus, hist. synt. linguae Latinae I § 9.
2) cf. Kuehner, gram. Graec. II § 371, 3.
3) cf. Volp p. 19.
4) cf. Volp p. 20 sqq.

His rationibus respectis primum tractabo eos locos, in quibus loquens homo alias personas sive praesentes sive absentes, quibus cum sententia sua vel facto communionem aliquam esse scit, plurali secum complectitur. Et apud Xenophontem et apud Aristophanem is pluralis reperitur. Xenophon saepius eo usus est, nam in libris eius prae ceteris prosae orationis scriptoribus [1]) multa exempla nobis occurrunt, quibus consideratis imprimis in verbis dicendi et sentiendi illum pluralem usurpatum esse invenimus. Velut An. II 1, 16: *ἐν τοιούτοις δὲ ὄντες πράγμασι συμβουλευόμεθά σοι*; Clearchus solus interrogatus quid sibi videatur plurali modestiae usus ita respondet, ut ceteros quoque duces, quorum id magnopere interest, consilii sui participes reddat, quo efficitur, ut consilium efficacius fiat. Simile est An. II 1, 21 Phalinus: *ταῦτα μὲν δὴ ἀπαγγελοῦμεν*; hoc loco pluralem modestiae exstare apparet ex verbis § 23 eiusdem: *Σπονδὰς ἢ πόλεμον ἀπαγγελῶ*; Alia eiusmodi exempla sunt: Hell. III 5, 11 unus ex legatis Thebanorum: *ὡς δ᾽ ἀληθῆ λέγομεν,* ib. § 12 idem: *Κορινθίους δὲ καὶ Ἀρκάδας καὶ Ἀχαιοὺς τί φῶμεν,* ib. § 15 idem: *ταῦτ᾽ οὖν λέγομεν ἡμεῖς*; ut ex initio § 16: *Ὁ μὲν ταῦτ᾽ εἰπὼν ἐπαύσατο*

1) cf. Kuehner, gram. Graec. II § 371, 3: „Dieser Gebrauch, der in der Lateinischen Sprache so sehr häufig ist, findet sich bei den Griechen in der gewöhnlichen Sprache selten.“

apparet, unus modo ex legatis a Thebanis missis locutus est, sed illis locis plurali utitur, cum reliquos legatos modeste oratione sua amplectatur; ceteri plurales, qui exstant in oratione legati, miri non sunt, quia nomine Thebanorum verba facit. Omnino in orationibus legatorum is pluralis saepius se offert, cf. Hell. V 2, 17 verba Cligenis: *καὶ τούτων ἡμεῖς οὐδὲν λέγομεν*, ib. § 18: *ἡμεῖς μὲν οὖν, ὦ ἄνδρες Λακεδαιμόνιοί τε καὶ σύμμαχοι, ἐξαγγέλλομεν . . . .*, ib.: *δεῖ γε μὴν ὑμᾶς καὶ τόδε εἰδέναι, ὡς ἣν εἰρήκαμεν δύναμιν . . . .*; quae tria exempla eodem modo se habent atque illa; nam legatorum ab Acanthiis et Apolloniatis ad Lacedaemonios missorum Cligenes solus loquitur, ut expresse dictum est initio § 12: *Ἔνθα δὴ Κλειγένης Ἀκάνθιος ἔλεξεν.* Simile Hell. IV 1, 36: *οὐδὲ μέντοι τοῦτό σε κελεύομεν;* Agesilaus solus respondet ad crimina, quae Pharnabazus fecerat, plurali autem *κελεύομεν* triginta Spartiatas praesentes modeste complectitur. Huc pertinet etiam Mem. I 2, 35: *Ἐπειδή, ἔφη* (Charicles), *ὦ Σώκρατες, ἀγνοεῖς, τάδε σοι εὐμαθέστερα ὄντα προαγορεύομεν*; Charicles etsi solus Socrati respondet, plurali Critiam quoque secum comprehendit. Porro An. V 1, 10 Xenophon: *εἰ μὲν ἠπιστάμεθα σαφῶς ὅτι ἥξει —, οὐδὲν ἂν ἔδει ὧν μέλλω λέγειν.* ib. § 13 idem: *τὰς ὁδοὺς, ἃς δυσπόρους ἀκούομεν εἶναι.* An. V 4, 5: *κωλύουσι δὲ οὗτοι ἡμᾶς, οὓς ἀκούομεν.* ib. V 5, 23: *ἀκούομεν δὲ αὐτὸν καὶ ἐπιθυμεῖν.* Hell. V 4, 33 Cleonymus: *Ὅτι μὲν ἡμῶν ἐπιμελῇ ἤδη ἴσμεν.*

Neque vero solum in verbis dicendi et sentiendi, sed etiam alias satis saepe is pluralis apud Xenophontem invenitur. Velut Mem. I 2, 46: *Μάλα τοι, φάναι τὸν Περικλέα, ὦ Ἀλκιβιάδη, καὶ ἡμεῖς, τηλικοῦτοι ὄντες, δεινοὶ τὰ τοιαῦτα ἦμεν· τοιαῦτα γὰρ καὶ ἐμελετῶμεν καὶ ἐσοφιζόμεθα . . .*, quibus verbis Pericles amicos et aequales suos complectitur. Alia exempla sunt Mem. I 4, 3: *Λέξον ἡμῖν, ἔφη* (Socrates), *τὰ ὀνόματα αὐτῶν*; Socrates etsi solus cum aliquo colloquitur, hoc loco, ut saepius, plurali usus discipulos, quorum nonnullos adesse putandum est, ad disputationem quasi evocat, quo efficitur eos maiore animi attentione sermonem sequi; pluralem autem modestiae hic praeberi ex praecedentibus quoque verbis: *Εἰπέ*

μοι apparet. Eodem modo se habent Mem. III 3, 1: *Ἔχοις ἄν, ἔφη, ὦ νεανία, εἰπεῖν ἡμῖν*; ib. § 3: *Ἴθι δὴ λέξον ἡμῖν.* ib. 6, 3: *Πρὸς θεῶν, ἔφη, μὴ τοίνυν ἀποκρύψῃ, ἀλλ' εἶπον ἡμῖν.* ib. § 6: *τάς γε δαπάνας τῆς πόλεως ἡμῖν εἰπέ.* ib. § 9: *Πρῶτον μὲν τοίνυν, ἔφη, λέξον ἡμῖν.* Simile est Mem. I 6, 13 Socrates: *Ὦ Ἀντιφῶν, παρ' ἡμῖν νομίζεται.* Mem. II 7, 2: *ἴσως γὰρ ἄν τί σε καὶ ἡμεῖς κουφίσαιμεν.* Porro pro eo plurali sumendum est Cyr. I 6, 3: *Καὶ μὲν δή, ὦ πάτερ, ἔφη ὁ Κῦρος, ὡς ἂν ἵλεῳ οἱ θεοὶ ὄντες ἡμῖν συμβουλεύειν ἐθέλωσιν, ὅσον δύναμαι — διατελῶ ἐπιμελόμενος*, nam cf. verba Cambysis in. § 2: *Ὦ παῖ, ὅτι μὲν οἱ θεοὶ ἵλεῴ τε καὶ εὐμενεῖς πέμπουσί σε . . .*; plurali *ἡμῖν* Cyrus patrem modeste secum comprehendit. Simile Cyr. III 2, 28 Cyrus: *ὥστε γενέσθαι ἡμῖν παρὰ τοῦ Ἰνδοῦ ἃ ἐγὼ βούλομαι; ἐγὼ γὰρ χρήματα προσγενέσθαι ἔτι ἂν βουλοίμην ἡμῖν*; hic illum pluralem exsistere perspicitur ex vv. sqq. eiusdem: *ὅπως ἔχω καὶ μισθὸν ἀφθόνως διδόναι* etc. et: *τούτων δὴ ἕνεκα βούλομαι ὡς ἀφθονώτατα χρήματα ἔχειν, δεῖσθαι τούτων νομίζων.* Cyr. IV 2, 18 Cyrus: *καὶ τῶν ἡμετέρων τις σὺν αὐτῷ*, cf. § 17: *συμπέμπει δέ τινα καὶ τῶν σὺν ἑαυτῷ.* An. II 5, 3 sqq. Clearchus: *φυλαττόμενον δὲ σέ τε ὁρῶ ὡς πολεμίους ἡμᾶς καὶ ἡμεῖς ὁρῶντες ταῦτα ἀντιφυλαττόμεθα· ἐπεὶ δὲ σκοπῶν οὐ δύναμαι οὔτε σὲ αἰσθέσθαι πειρώμενον ἡμᾶς κακῶς ποιεῖν . . . .*; ib. § 6: *ὡς σὺ ἡμῖν οὐκ ὀρθῶς ἀπιστεῖς.* § 8: *σὲ — νομίζω μέγιστον εἶναι ἡμῖν ἀγαθόν.* § 12: *ἀλλὰ μὴν ἐρῶ — καὶ σὲ βουλήσεσθαι φίλον ἡμῖν εἶναι.* § 14: *ἔχων ἡμᾶς ὑπηρέτας, οἳ — ὑπηρετοῖμεν* etc. § 15: *τὸ σὲ ἡμῖν ἀπιστεῖν*; ib.: *ὡς ἡμεῖς σοι ἐπιβουλεύομεν.* Hell. V 4, 31: *νῦν δέ, εἰ ἠδίκηκέ τι, ἡμῶν ἕνεκα συγγνώμης ὑπὸ σοῦ τυχέτω*; Archidamus, cum antea § 30 frustra nomine Cleonymis amicissimi ex Agesilao patre petiisset, ut Sphodriae, illius patri, veniam det, nunc sua causa hoc orat, plurali autem usus prece sua simul amicum amplectitur, ut ea sit efficacior. ib. Agesilaus: *Οὐκοῦν ἂν μέλλῃ καλὰ ταῦθ' ἡμῖν εἶναι.* Hell. VI 1, 9: *ὥστε καὶ πελταστικῷ εἰκὸς ὑπερέχειν τὴν ἡμετέραν δύναμιν*, plurali adhibito Jason Polydamam participem reddit potentiae suae, ut hic consilio illius obsequatur; plane idem habes ib. § 10 idem: *καὶ Ἀθηναῖοι δὲ εὖ οἶδ' ὅτι*

πάντα ποιήσαιεν ἂν ὥστε σύμμαχοι ἡμῖν γενέσθαι et § 11: ἔχοντες μέν γε Μακεδονίαν — ἱκανοὶ ἐσόμεθα — ἢ ἡμᾶς εἰκὸς μᾶλλον δύνασθαι — ἔχοντας — πότερον ἡμᾶς ἱκανωτέρους εἰκὸς εἶναι τοὺς — ἐκπέμποντας et § 12: καὶ χρήμασί γε εἰκὸς δήπου ἡμᾶς ἀφθονωτέροις χρῆσθαι μὴ εἰς νησύδρια ἀποβλέποντας, ἀλλ' ἠπειρωτικὰ ἔθνη καρπουμένους.

Apud Aristophanem rarius quam apud Xenophontem is pluralis invenitur. Exemplum habes Av. 253: πάντα γὰρ ἐνθάδε φῦλ' ἀθροΐζομεν; haec verba upupa facit, sed pluralis modestiae legitur, quia una cum luscinia reliquas aves convocat; hunc pluralem hic exstare demonstrant etiam verba v. 437 upupae: ἐφ' οἶσπερ τοῖς λόγοις συνέλεξ' ἐγώ. Porro Av. 1377 Pisthetaerus: ἀσπαζόμεσθα φιλύρινον Κινησίαν. Vesp. 519 Bdelycleo: ἐπεὶ δίδαξον ἡμᾶς ὦ πάτερ. ib. 892 idem: ὡς ἡνίκ' ἂν λέγωσιν οὐκ εἰσφρήσομεν. Alia eius generis exempla sunt Pax 1060 Trygaeus: Μεμνήμεθα. Plut. 344: Ὦ Βλεψίδημ', ἄμεινον ἢ χθὲς πράττομεν; plurali adhibito Chremylus secundas suas res cum Blepsidemo participat. ib. 350 sq.: ἢν μὲν κατορθώσωμεν, εὖ πράττειν ἀεί· ἢν δὲ σφαλῶμεν, ἐπιτετρίφθαι τὸ παράπαν; egregie plurali significantur angustiae, in quibus versatur Chremylus. Plut. 519: Ὠνησόμεθ' ἀργυρίου δήπου; Chremylus interrogatus unde servos se accepturum esse putet, respondet plurative cogitans de ceteris, quibuscum divitias communicabit; cf. etiam v. 517 sq.: ταῦτα γὰρ ἡμῖν πάνθ' ὅσα νῦν δὴ κατέλεξας οἱ θεράποντες μοχθήσουσιν. Plut. 959 sqq. vetus mulier: Ἆρ', ὦ φίλοι γέροντες, ἐπὶ τὴν οἰκίαν ἀφίγμεθ' — ἢ — ἡμαρτήκαμεν; quibus cum verbis cf. v. 962 responsionem chori: Ἀλλ' ἴσθ' ἐπ' αὐτὰς τὰς θύρας ἀφιγμένη, ὦ μειρακίσκη; plurali mulier chorum, quem illud interrogat, secum comprehendit. Eccl. 951 vetus mulier: Ἀλλ' οὑτοσὶ γὰρ αὐτὸς οὗ 'μεμνήμεθα.

Alterum pluralis modestiae genus est id, ut loquens homo sententiam vel factum, quae ad se solum pertinent, plurali usurpato ita pronuntiet, ut suam personam occultans alias, quibus cum iis rebus communionem non esse scit, earum participes esse quasi fingat. Exemplum est An. III 2, 9: ἐπεὶ περὶ σωτηρίας ἡμῶν λεγόντων; Xenophon solus loquitur, dicit autem ἡμῶν λεγόντων, quo quasi simulat ceteros quoque quid de sententia cogitent secum communicasse. Alia sunt Hell. IV 3, 2: Ἀλλὰ τάττω, ἔφη (sc. Agesilaus), καὶ προσαπαγγέλλειν κελεύω ὅτι, ἐὰν καὶ τάδε εὖ γένηται, πάλιν παρεσόμεθα, ὥσπερ καὶ ἔφαμεν; hic modestiae pluralem agnoscendum esse demonstrant verba cap. 2 § 3 eiusdem: ἐὰν μέντοι ἐκεῖνα καλῶς γένηται, εὖ ἐπίστασθε — ὅτι οὐ μὴ ἐπιλάθωμαι ὑμῶν, ἀλλὰ πάλιν παρέσομαι πράξων ὧν ὑμεῖς δεῖσθε. Cyr. IV 4, 11: καὶ τοῖς μὲν κομίζουσιν (sc. τὰ ὅπλα) ἔσται εἰρήνη καὶ ἃ λέγομεν ἀδόλως; Cyrus § 10 hostibus captis promissa fecerat, pluralem λέγομεν modeste adhibet, cum praesentes quoque promissionum participes reddat. An. IV 7, 5: οὐ γὰρ δὴ ἐκ τοῦ ἐναντίου ὁρῶμεν (cf. verba sqq. ὡς καὶ σὺ ὁρᾷς); Xenophon haec verba ad Cheirisophum facit; etsi animum huiùs ad id, quod tunc ipsum videt, intendere vult, plurali utitur, tamquam hic quoque id iam cernat. An. VI 3, 16: εἰς Κάλπης δὲ λιμένα ἔνθα Χειρίσοφον εἰκάζομεν εἶναι; Xenophon id conicit, sed modeste pluralem adhibet. Hell. VI 1, 4 Polydamas: Ἐγώ, ὦ ἄνδρες Λακεδαιμόνιοι, πρόξενος ὑμῶν ὢν καὶ εὐεργέτης ἐκ πάντων ὧν μεμνήμεθα προγόνων. Cyr. IV 2, 13 Cyrus: οὕτω γὰρ δοκοῦμεν παρεσκευάσθαι, ὡς, ἢν μὲν ἀληθεύητε, ἱκανοὶ εἶναι ὑμᾶς εὖ ποιεῖν· ἢν δὲ ἐξαπατᾶτε, οὕτω νομίζομεν ἔχειν . . . .; δοκοῦμεν et νομίζομεν pro modestiae pluralibus sumenda esse intellegitur et ex verbis Hyrcaniorum: οὐκ ἀναμενεῖς — τοὺς ὁμήρους ἕως ἂν ἀγάγωμεν, ἵνα ἔχων καὶ σὺ τὰ πιστὰ παρ' ἡμῶν πορεύῃ et quod Cyri erat diiudicare, utrum illis obsides imperaret necne. Cyr. III 1, 13: ἡμῖν δὲ τί συμβουλεύεις ἐκ τούτων ποιεῖν; penes Cyrum solum arbitrium erat de fortuna ducis Armeniorum, sed de nobilibus Persis praesentibus cogitans modeste plurali utitur. Cyr. IV 2, 7 Cyrus: Ἔχετε οὖν ὧν λέγετε πιστόν τι ἡμᾶς διδάσκειν . . . .; cf. ib. vv. sqq.: μόνον καὶ σὺ ἡμῖν πιστὰ θεῶν καὶ δεξιὰν δός et in. § 8: ἐκ τούτου τὰ πιστὰ δίδωσιν αὐτοῖς. Cyr. IV 2, 40 Cyrus: οὐ γάρ πω διαπέπρακται ἡμῖν ἃ βουλόμεθα.

Saepissime apud Xenophontem is pluralis exstat iis locis, quibus autor de se loquitur atque talibus quoque exemplis

imprimis in verbis dicendi et sentiendi. Explicanda est res ita, ut auctor suam personam occultans quasi fingat se pro toto genere auctorum verba facere. Quis primus eo plurali usus sit, difficile est dictu. Herodotus plerumque singularem ponit, cf. I 130, 15: *ὡς εἴρηταί μοι πρότερον*; I 91, 10: *ὡς ἐγὼ πυνθάνομαι*; III 97, 2: *ἡ Περσὶς δὲ χώρη μούνη μοι οὐκ εἴρηται*; V 62, 3: *ἀπήγηταί μοι*; I 95, 6; I 131, 1; I 140, 1 et 15; I 171, 7: *ὅσον καὶ ἐγὼ δυνατός εἰμι ἐπὶ μακρότατον ἐξικέσθαι ἀκοῇ*. III 115, 3 sqq. IV 11, 2; IV 16, 3 alia. Raro apud hunc pluralis legitur, ut I 95, 1: *ἐπιδίζηται δὲ δὴ τὸ ἐνθεῦτεν ἡμῖν ὁ λόγος* . . . . .; ib. 139, 1: *ἡμέας μέντοι οὔ*; IV 16, 8: *ἀλλ' ὅσον μὲν ἡμεῖς ἀτρεκέως ἐπὶ μακρότατον οἷοί τ' ἐγενόμεθα ἀκοῇ ἐξικέσθαι*; IV 192, 19: *ὅσον ἡμεῖς ἱστορέοντες — οἷοί τε ἐγενόμεθα*. I 177 pluralis iuxta singularem exsistit: *τὰ μέν νυν αὐτῶν πλέω παρήσομεν· τὰ δέ οἱ παρέσχε τε πόνον πλεῖστον — τούτων ἐπιμνήσομαι*. Simillimi modo res se habet apud Antiphontem; singularis saepius usurpatus est ab eo. cf. Tetr. *Α γ* § 6: *διδάξω*. ib. *β* § 2: *ἥκω, ὥστε οὐκ ἀρκοῦν μοί ἐστιν — ἐξελέγξω — ἁλώσομαι*. Tetr. *Β δ* § 3. De Her. caed. § 1, 5, 8 etc. etc.; pluralis exempla sunt Tetr. *Α α* § 2: *ἡμεῖς δ' οἱ ἐπεξερχόμενοι τὸν φόνον — διώκομεν*. ib. § 3: *σαφῶς γὰρ οἴδαμεν* etc. ib. *ἅπαντος δὲ τοῦ μιάσματος ἀναχωροῦντος εἰς ἡμᾶς, ὡς ἂν δυνώμεθα σαφέστατα ἐξ ὧν γιγνώσκομεν πειρασόμεθα ὑμῖν δηλοῦν*. ib. *γ* § 1: *ὡς μὲν οὖν ἀπέκτεινε τὸν ἄνδρα, ἐν τῷ προτέρῳ λόγῳ ἀπεδείξαμεν*. ib. *νῦν πειρασόμεθα*. ib. § 9. Tetr. *Β δ* § 3: *ὡς ἡμεῖς λέγομεν*. Etiam Thucydides, quantum video, plerumque singularem adhibet, cf. II 35, 1: *ἐμοὶ δ' ἀρκοῦν ἂν ἐδόκει* . . . . ib. § 3: *χρὴ καὶ ἐμὲ — ἑπόμενον — πειρᾶσθαι*. ib. 36, 1: *Ἄρξομαι δὲ*. . . . . . ib. § 4: *ὧν ἐγὼ — ἐάσω*. VI 17, 6; ib. 20, 1: *ἃ γιγνώσκω σημανῶ*. 33, 1; 38, 1: *ὥσπερ ἐγὼ λέγω*; pluralis autem praebetur VI 17, 5: *ὥσπερ πυνθανόμεθα*. ib. § 8: *ὑπόλοιπον γὰρ ἡμῖν ἐστιν*. etc. In Xenophontis operibus uterque numerus praebetur, sed saepissime pluralis; Aristoteles autem iis locis, quibus lectores ad prius dicta relegat, semper pluralem adhibuit, cf. Ars rhet. p. 1354 b 12: *ὥσπερ λέγομεν*; p. 1355 a 28: *ὥσπερ καὶ ἐν τοῖς τοπικοῖς ἐλέγομεν* etc. etc.; uno tantum loco Art. rhet. p. 1355 a 1 singularis: *ὥσπερ καὶ πρότερον εἶπον* traditur; sed hic quoque pluralis legendus est, praesertim cum etiam vetusta translatio huius libri lectionem „sicut et prius diximus“ exhibeat, qua ex re apparet veterem interpretem legisse *εἴπομεν*.[1])

Xenophontea illius pluralis exempla sunt Cyr. I 1, 1: *Ἔννοιά ποθ' ἡμῖν ἐγένετο*. ib. *πολλοὺς δ' ἐδοκοῦμεν καταμεμαθηκέναι*. ib. § 2: *ἔτι δὲ πρὸς τούτοις ἐνενοοῦμεν*. ib. *ἐδοκοῦμεν ὁρᾶν*. ib. *ἔτι τοίνυν οὐδεμίαν πώποτε ἀγέλην ᾐσθήμεθα*. ib. § 3: *ὅτε μὲν δὴ ταῦτα ἐνεθυμούμεθα, οὕτως ἐγιγνώσκομεν*. ib. *ἐπειδὴ δὲ ἐνενοήσαμεν*. ib.: *ἐκ τούτου δὴ ἠναγκαζόμεθα μετανοεῖν*. ib.: *Κύρῳ γοῦν ἴσμεν*. ib. § 4: *ὅσα ἀκούομεν*. ib. § 6: *ἡμεῖς μὲν δὴ — ἐσκεψάμεθα*. ib.: *ὅσα οὖν καὶ ἐπυθόμεθα καὶ ᾐσθῆσθαι δοκοῦμεν περὶ αὐτοῦ, ταῦτα πειρασόμεθα διηγήσασθαι*. ib. I 2, 5: *ἃ δὲ ἑκάστῃ ἡλικίᾳ προστέτακται ποιεῖν διηγησόμεθα*. ib. § 9: *ὥσπερ προειρήκαμεν*. ib. § 16: *ταῦτα μὲν δὴ κατὰ πάντων Περσῶν ἔχομεν λέγειν· οὗ δ' ἕνεκα ὁ λόγος ὡρμήθη, νῦν λέξομεν τὰς Κύρου πράξεις ἀρξάμενοι ἀπὸ παιδός*. ib. VIII 1, 17: *τοῦτο οὖν πρῶτον διηγησόμεθα*. ib. § 40: *καταμαθεῖν δὲ τοῦ Κύρου δοκοῦμεν*. ib. § 48: *ὡς οὖν ἐπὶ τὸ φιλεῖσθαι δοκεῖ ἡμῖν ἐλθεῖν, τοῦτο πειρασόμεθα διηγήσασθαι*. ib. 2, 2: *δοκεῖ ἡμῖν γνῶναι*. ib. § 10: *κατεμάθομεν δέ*. ib. 3, 1: *Νῦν δὲ ἤδη διηγησόμεθα*. ib.: *καὶ γὰρ αὐτῆς τῆς ἐξελάσεως ἡ σεμνότης ἡμῖν δοκεῖ*. ib. 4, 5: *καὶ ταῦτα δὲ ἐπὶ Κύρου γενόμενα οὕτως ἔτι καὶ νῦν διαμένοντα αἰσθανόμεθα*. ib. 5, 2: *διηγησόμεθα δὲ καὶ ταῦτα*. ib. 6, 16: *κατενοήσαμεν δὲ καὶ τοῦτο*. ib. § 17: *κατεμάθομεν δὲ αὐτοῦ καὶ ἄλλο μηχάνημα*. De re equ. 1, 1: *Ἐπειδὴ διὰ τὸ συμβῆναι ἡμῖν πολὺν χρόνον ἱππεύειν οἰόμεθα ἔμπειροι ἱππικῆς γεγενῆσθαι, βουλόμεθα* . . . . . . *δηλῶσαι, ᾗ ἂν νομίζομεν*. ib. *ἡμεῖς γε μέντοι ὅσοις συνετύχομεν ταὐτὰ γνόντες ἐκείνῳ, οὐκ ἐξαλείφομεν ἐκ τῶν ἡμετέρων, ἀλλὰ πολὺ ἥδιον παραδώσομεν αὐτὰ τοῖς φίλοις, νομίζοντες ἀξιοπιστότεροι εἶναι, ὅτι κἀκεῖνος κατὰ ταὐτὰ ἡμῖν ἔγνω ἱππικὸς ὤν· καὶ ὅσα*

[1]) cf. Aristot. ars rhet. ed. L. Spengel, Annot. ad p. 1355 a 1.

imprimis in verbis dicendi et sentiendi. Explicanda est res ita, ut auctor suam personam occultans quasi fingat se pro toto genere auctorum verba facere. Quis primus eo plurali usus sit, difficile est dictu. Herodotus plerumque singularem ponit, cf. I 130, 15: ὡς εἴρηταί μοι πρότερον; I 91, 10: ὡς ἐγὼ πυνθάνομαι; III 97, 2: ἡ Περσὶς δὲ χώρη μούνη μοι οὐκ εἴρηται; V 62, 3: ἀπήγηταί μοι; I 95, 6; I 131, 1; I 140, 1 et 15; I 171, 7: ὅσον καὶ ἐγὼ δυνατός εἰμι ἐπὶ μακρότατον ἐξικέσθαι ἀκοῇ. III 115, 3 sqq. IV 11, 2; IV 16, 3 alia. Raro apud hunc pluralis legitur, ut I 95, 1: ἐπιδίζηται δὲ δὴ τὸ ἐνθεῦτεν ἡμῖν ὁ λόγος . . . . .; ib. 139, 1: ἡμέας μέντοι οὔ; IV 16, 8: ἀλλ' ὅσον μὲν ἡμεῖς ἀτρεκέως ἐπὶ μακρότατον οἷοί τ' ἐγενόμεθα ἀκοῇ ἐξικέσθαι; IV 192, 19: ὅσον ἡμεῖς ἱστορέοντες — οἷοί τε ἐγενόμεθα. I 177 pluralis iuxta singularem exsistit: τὰ μέν νυν αὐτῶν πλέω παρήσομεν· τὰ δέ οἱ παρέσχε τε πόνον πλεῖστον — τούτων ἐπιμνήσομαι. Simillimi modo res se habet apud Antiphontem; singularis saepius usurpatus est ab eo. cf. Tetr. Α γ § 6: διδάξω. ib. β § 2: ἥκω, ὥστε οὐκ ἀρκοῦν μοί ἐστιν — ἐξελέγξω — ἁλώσομαι. Tetr. Β δ § 3. De Her. caed. § 1, 5, 8 etc. etc.; pluralis exempla sunt Tetr. Α α § 2: ἡμεῖς δ' οἱ ἐπεξερχόμενοι τὸν φόνον — διώκομεν. ib. § 3: σαφῶς γὰρ οἴδαμεν etc. ib. ἅπαντος δὲ τοῦ μιάσματος ἀναχωροῦντος εἰς ἡμᾶς, ὡς ἂν δυνώμεθα σαφέστατα ἐξ ὧν γιγνώσκομεν πειρασόμεθα ὑμῖν δηλοῦν. ib. γ § 1: ὡς μὲν οὖν ἀπέκτεινε τὸν ἄνδρα, ἐν τῷ προτέρῳ λόγῳ ἀπεδείξαμεν. ib. νῦν πειρασόμεθα. ib. § 9. Tetr. Β δ § 3: ὡς ἡμεῖς λέγομεν. Etiam Thucydides, quantum video, plerumque singularem adhibet, cf. II 35, 1: ἐμοὶ δ' ἀρκοῦν ἂν ἐδόκει . . . . ib. § 3: χρὴ καὶ ἐμὲ — ἑπόμενον — πειρᾶσθαι. ib. 36, 1: Ἄρξομαι δὲ. . . . . . ib. § 4: ὧν ἐγὼ — ἐάσω. VI 17, 6; ib. 20, 1: ἃ γιγνώσκω σημανῶ. 33, 1; 38, 1: ὥσπερ ἐγὼ λέγω; pluralis autem praebetur VI 17, 5: ὥσπερ πυνθανόμεθα. ib. § 8: ὑπόλοιπον γὰρ ἡμῖν ἐστιν. etc. In Xenophontis operibus uterque numerus praebetur, sed saepissime pluralis; Aristoteles autem iis locis, quibus lectores ad prius dicta relegat, semper pluralem adhibuit, cf. Ars rhet. p. 1354 b 12: ὥσπερ λέγομεν; p. 1355 a 28: ὥσπερ

καὶ ἐν τοῖς τοπικοῖς ἐλέγομεν etc. etc.; uno tantum loco Art. rhet. p. 1355 a 1 singularis: ὥσπερ καὶ πρότερον εἶπον traditur; sed hic quoque pluralis legendus est, praesertim cum etiam vetusta translatio huius libri lectionem „sicut et prius diximus“ exhibeat, qua ex re apparet veterem interpretem legisse εἴπομεν.[1])

Xenophontea illius pluralis exempla sunt Cyr. I 1, 1: Ἔννοιά ποθ' ἡμῖν ἐγένετο. ib. πολλοὺς δ' ἐδοκοῦμεν καταμεμαθηκέναι. ib. § 2: ἔτι δὲ πρὸς τούτοις ἐνενοοῦμεν. ib. ἐδοκοῦμεν ὁρᾶν. ib. ἔτι τοίνυν οὐδεμίαν πώποτε ἀγέλην ᾐσθήμεθα. ib. § 3: ὅτε μὲν δὴ ταῦτα ἐνεθυμούμεθα, οὕτως ἐγιγνώσκομεν. ib. ἐπειδὴ δὲ ἐνενοήσαμεν. ib.: ἐκ τούτου δὴ ἠναγκαζόμεθα μετανοεῖν. ib.: Κύρῳ γοῦν ἴσμεν. ib. § 4: ὅσα ἀκούομεν. ib. § 6: ἡμεῖς μὲν δὴ — ἐσκεψάμεθα. ib.: ὅσα οὖν καὶ ἐπυθόμεθα καὶ ᾐσθῆσθαι δοκοῦμεν περὶ αὐτοῦ, ταῦτα πειρασόμεθα διηγήσασθαι. ib. I 2, 5: ἃ δὲ ἑκάστῃ ἡλικίᾳ προστέτακται ποιεῖν διηγησόμεθα. ib. § 9: ὥσπερ προειρήκαμεν. ib. § 16: ταῦτα μὲν δὴ κατὰ πάντων Περσῶν ἔχομεν λέγειν· οὗ δ' ἕνεκα ὁ λόγος ὡρμήθη, νῦν λέξομεν τὰς Κύρου πράξεις ἀρξάμενοι ἀπὸ παιδός. ib. VIII 1, 17: τοῦτο οὖν πρῶτον διηγησόμεθα. ib. § 40: καταμαθεῖν δὲ τοῦ Κύρου δοκοῦμεν. ib. § 48: ὡς οὖν ἐπὶ τὸ φιλεῖσθαι δοκεῖ ἡμῖν ἐλθεῖν, τοῦτο πειρασόμεθα διηγήσασθαι. ib. 2, 2: δοκεῖ ἡμῖν γνῶναι. ib. § 10: κατεμάθομεν δέ. ib. 3, 1: Νῦν δὲ ἤδη διηγησόμεθα. ib.: καὶ γὰρ αὐτῆς τῆς ἐξελάσεως ἡ σεμνότης ἡμῖν δοκεῖ. ib. 4, 5: καὶ ταῦτα δὲ ἐπὶ Κύρου γενόμενα οὕτως ἔτι καὶ νῦν διαμένοντα αἰσθανόμεθα. ib. 5, 2: διηγησόμεθα δὲ καὶ ταῦτα. ib. 6, 16: κατενοήσαμεν δὲ καὶ τοῦτο. ib. § 17: κατεμάθομεν δὲ αὐτοῦ καὶ ἄλλο μηχάνημα. De re equ. 1, 1: Ἐπειδὴ διὰ τὸ συμβῆναι ἡμῖν πολὺν χρόνον ἱππεύειν οἰόμεθα ἔμπειροι ἱππικῆς γεγενῆσθαι, βουλόμεθα . . . . . . δηλῶσαι, ᾗ ἂν νομίζομεν. ib. ἡμεῖς γε μέντοι ὅσοις συνετύχομεν ταὐτὰ γνόντες ἐκείνῳ, οὐκ ἐξαλείφομεν ἐκ τῶν ἡμετέρων, ἀλλὰ πολὺ ἥδιον παραδώσομεν αὐτὰ τοῖς φίλοις, νομίζοντες ἀξιοπιστότεροι εἶναι, ὅτι κἀκεῖνος κατὰ ταὐτὰ ἡμῖν ἔγνω ἱππικὸς ὤν· καὶ ὅσα

1) cf. Aristot. ars rhet. ed. L. Spengel, Annot. ad p. 1355 a 1.

δὴ παρέλιπεν, ἡμεῖς πειρασόμεθα δηλῶσαι. ib.: *Πρῶτον δὲ γράψομεν.* ib. § 2: *τοῦ γε μὴν σώματος πρῶτόν φαμεν χρῆναι τοὺς πόδας σκοπεῖν.* ib. § 4: *ἐπεὶ δὲ ἠρξάμεθα ἐντεῦθεν, ταύτῃ καὶ ἀναβησόμεθα πρὸς τὸ ἄλλο σῶμα.* ib. § 15: *τὰ αὐτὰ λέγομεν.* ib. § 16 singularis reperitur: *Γράψαι δὲ βούλομαι*; fortasse credat quispiam, quia alias pluralis exstat, legendum esse: *Γράψαι δὲ βουλόμεθα*; necessaria non est mutatio, cum saepius singularis praebeatur, cf. ib. 2, 5; 4, 1. ib. § 17: *εἶδος μὲν δὴ πώλου οὕτω δοκιμάζοντες μάλιστ᾽ ἂν ἡμῖν δοκοῦσι.* ib. 2, 1: *δοκεῖ ἡμῖν γραπτέον εἶναι.* ib. 3, 1: *ὑπομνήματα γράψομεν.* ib. § 7: *ἐπεὶ δὲ πολεμιστήριον ἵππον ὑπεθέμεθα ὠνεῖσθαι.* ib. 5, 1: *Ἱππικοῦ δὲ ἀνδρὸς ἡμῖν δοκεῖ εἶναι.* ib. § 9: *τήν γε μὴν τῶν σκελῶν κατάπλυσιν ἀφαιροῦμεν.* ib. 6, 1: *Δηλώσομεν δὲ καὶ τοῦτο.* ib. § 4: *διὰ τάδε οὐκ ἐπαινοῦμεν.* ib. § 5: *διὰ τάδε αὖ ψέγομεν.* ib. § 16: *οὐ μεμφόμεθα.* ib. *τόν γε μέντοι ἱππέα νομίζομεν χρῆναι μελετᾶν* . . . . . ib. 7, 1: *νῦν αὖ γράψομεν.* ib. § 3: *ἀγαθὸν μὲν ἡμῖν δοκεῖ εἶναι.* ib. § 4: *τούτου δ᾽ ἕνεκα καὶ ταύτην ἐπαινοῦμεν τὴν ἀνάβασιν.* ib. § 5: *οὐ τὴν ὥσπερ ἐπὶ τοῦ δίφρου ἕδραν ἐπαινοῦμεν.* ib. § 9: *ἡνίας γε μὴν ἐπαινοῦμεν* . . . . . ib. § 13: *ἱππασίαν δ᾽ ἐπαινοῦμεν τὴν πέδην καλουμένην.* ib. § 14: *ἐπαινοῦμεν δέ.* ib. 8, 2: *εἰ δέ τις διλογεῖν ἡμᾶς οἴεται, ὅτι περὶ τῶν αὐτῶν λέγομεν.* ib.: *ὅτε μὲν γὰρ ἐωνεῖτο, πειρᾶσθαι ἐκελεύομεν* . . . . . . *νῦν δὲ διδάσκειν φαμὲν χρῆναι τὸν ἑαυτοῦ καὶ γράψομεν* . . . . . ib. § 7: *παρήσομεν δὲ οὐδὲ ὅπως* . . . . ib. 10, 5: *ὡς οὖν ἡγούμεθα ταῦτ᾽ ἂν ἀπεργασθῆναι, νῦν αὖ πειρασόμεθα διηγεῖσθαι.* ib. § 10: *γράψομεν καὶ τοῦτο.* ib. § 12: *ὥσπερ οὐ πανόμεθα λέγοντες.* ib. § 17: *καὶ ταῦτα μὲν δὴ — μέχρι τούτων ἡμῖν γεγράφθω.* ib. 11, 2: *καὶ οὐ τὴν κατ᾽ οὐρὰν λέγομεν.* ib. § 5: *ἡμεῖς γε μέντοι τὸ κράτιστον τῶν διδασκαλίων νομίζομεν, ὥσπερ ἀεὶ λέγομεν.* ib. 12, 1: *Γράψαι δὲ βουλόμεθα.* ib.: *πρῶτον μὲν τοίνυν φαμὲν χρῆναι* . . . . . ib. § 2: *ἐπεὶ δὲ καὶ ὁ αὐχὴν ἐστι τῶν καιρίων, φαμὲν χρῆναι* . . . . . ib. § 3: *κράνος γε μὴν κράτιστον εἶναι νομίζομεν τὸ βοιωτιουργές.* ib. § 5: *καὶ ταύτῃ ἐπαινοῦμεν.* ib. § 7: *βέλτιον ἡμῖν δοκεῖ εἶναι.* ib. § 11: *μάχαιραν μὲν μᾶλλον ἢ ξίφος ἐπαινοῦμεν.* ib. § 12: *τὰ κρανέϊνα*

δύο παλτὰ μᾶλλον ἐπαινοῦμεν. ib. § 13: *Ἀκόντισμά γε μὴν τὸ μακρότατον ἐπαινοῦμεν.* ib. *γράψομεν δὲ ἐν βραχεῖ.* ib. § 14: *καὶ ταῦτα μὲν δὴ ἰδιώτῃ — γεγράφθω ἡμῖν.* De Vect. 4, 18: *Εἰ δὲ δυνατὰ λέγομεν.* ib. § 37: *καὶ αὖθις ἂν ἡμῖν οἰόμεθα.*

Hoc quoque genus pluralis modestiae apud Aristophanem multo rarius reperitur. Exempla sunt haec: Ach. 750: *ἀγορασοῦντες ἵκομες*; in variam horum vocabulorum lectionem inquirere a meo proposito alienum est, cum ab omnibus pluralis legatur; sed quomodo is est intellegendus? Dicaeopolis hominem Megarensem interrogat, quid velit, ad quod is respondet: *Ἀγορασοῦντες ἵκομες*, quae verba vernacula lingua utique vertenda sunt singulari numero. Mea sententia pro modestiae plurali haberi potest, cum ille de filiabus cogitet. Eccl. 7 Praxagora: *Σοὶ γὰρ μόνῳ δηλοῦμεν.* ib. 75 eadem: *καθάπερ εἴπομεν.* Lys. 503 Lysistrata: *ἡμεῖς φράσομεν.* Vesp. 876 Bdelycleo: *δέξαι τελετὴν καινὴν ὦναξ, ἣν τῷ πατρὶ καινοτομοῦμεν.* Plut. 55 Chremylus: *πυθοίμεθ᾽ ἂν τὸν χρησμὸν ἡμῶν ὅ, τι νοεῖ*; hanc lectionem codices exhibent; quam cur nonnulli mutare velint non intellego; *ἡμῶν* pro modestiae plurali habendum est idque pulchre; nam plurali usus Chremylus Carionem oraculi sibi dati participem reddit, ut huius quoque illud intersit atque interpretationem suam probet. Thesm. 219: *Ἀγάθων, — χρῆσόν τι νυν ἡμῖν ξυρόν*; Euripidi soli culter opus est, ut barbam Mnesilochi tondeat, sed plurali usurpato ambobus quasi petentibus preces fiunt efficaciores; idem exstat ib. v. 250: *ἀλλ᾽ ἱμάτιον γοῦν χρῆσον ἡμῖν τουτῳί*, quam lectionem cod. R. retinendam esse censeo, nam *τουτῳί* significat, ut Blaydesius recte monet, „huius (i. e. Mnesilochi) in usum“.

Antequam ad maiestatis pluralem transeam, modestiae exempla, quae apud Platonem inveni, afferam atque quid ex iis de usurpatione huius pluralis conici possit, exponam. Saepe is in Platonis libris exstare videtur, nam in opere, quod inscribitur „Phaedo“, satis multa exempla nobis occurunt; praecipue plurales *φαμέν, ἔφαμεν, λέγομεν, ἐλέγομεν* etc. se praebent, quibus Socrates in Platonis dialogis utitur. Quod dicendi genus

cum universa ratione, qua Socrates disputare solet, arcte cohaeret. Semper enim is ita procedit, ut non ex sua persona disputare sed simul cum interlocutoribus in argumenta proposita inquirere videatur. Itaque creberrime illi plurales inveniuntur, qui huc tendunt et quibus lenem adhortationem ad attentionem animi et persequendam disputationem contineri omnes intellegent.[1]) Exempla autem praebeo haec: Phaed. 71 E: *Πῶς οὖν ποιήσομεν; οὐκ ἀνταποδώσομεν —*; 73 C: *ἆρ' οὐχὶ τοῦτο δικαίως λέγομεν*; 74 B: *ἆρ' οὐκ ἐξ ὧν νῦν δὴ ἐλέγομεν*; 74 D: *καὶ οἷς νῦν δὴ ἐλέγομεν τοῖς ἴσοις*; 75 C: *ἔδει δέ γε, φαμέν, πρὸ τούτων εἰληφέναι.* 91 E: *ἐν ᾧ ἔφαμεν.* 95 A: *τὰ μὲν Ἁρμονίας ἡμῖν τῆς Θηβαΐκῆς ἵλεά πως, ὡς ἔοικε, μετρίως γέγονε· τί δὲ δὴ τὰ Κάδμου, ὦ Κέβης, πῶς ἱλασόμεθα.* 95 B: *ἡμεῖς δὲ — πειρώμεθα εἰ ἄρα τι λέγεις.* 95 E: *ἵνα μή τι διαφύγῃ ἡμᾶς.* 103 B: *αὐτὰ δ' ἐκεῖνα οὐκ ἄν ποτέ φαμεν.* 103 D: *ὥσπερ ἐν τοῖς ἔμπροσθεν ἐλέγομεν.* 103 E: *ὅπερ νῦν λέγομεν.* 104 C: *Βούλει οὖν, ἦ δ' ὅς, ἐὰν οἷοί τε ὦμεν, ὁρισώμεθα.* ib.: *ὥσπερ ἄρτι ἐλέγομεν.* ib.: *Επὶ τὸ τοιοῦτον δή, φαμέν.* 110 B Simmias: *ἡμεῖς γε τούτου τοῦ μύθου ἡδέως ἂν ἀκούσαιμεν*; Simmiae persuasum est ceteros quoque libenter illud audituros esse, itaque plurali modestiae utitur. 114 C: *ἀλλὰ τούτων δὴ ἕνεκα χρὴ ὧν διεληλύθαμεν.*

Sed et apud Xenophontem et apud Platonem et apud Aristophanem usum pluralis modestiae iam longius progressum invenimus; nam loci nobis occurunt, quibus vicissitudo numerorum fit; ut Cyr. IV 2, 26 Cyrus: *καὶ τοῦτο ἅμα διώκοντες μέμνησθε, ἥκειν πάλιν ὡς ἐμὲ ἔτι φάους ὄντος· ὡς σκότους γενομένου οὐδένα ἔτι προσδεξόμεθα.* De re equ. 9, 12: *βλακί γε μὴν ἵππῳ ἀρκεῖν μοι δοκεῖ γράψαι πάντα τἀναντία ποιεῖν ὅσα τῷ θυμοειδεῖ χρῆσθαι συμβουλεύομεν.* Plat. Phaed. 86 E Socrates: *δοκεῖ μέντοι μοι — ἵνα χρόνου ἐγγενομένου βουλευσώμεθα τί ἐροῦμεν.* ib. 88 D Echecrates: *πρὸς ἐμαυτὸν ἐπέρχεται. Τίνι οὖν πιστεύσομεν λόγῳ*; Aristophanea autem exempla sunt: Av. 640 sqq. upupa: *πρῶτον δέ τοι εἰσέλθετ' ἐς νεοττιάν*

[1]) cf. etiam id, quod p. 13 sq. proposui.

τε τὴν ἐμὴν καὶ τἀμὰ κάρφη καὶ τὰ παρόντα φρύγανα, καὶ τοὔνομ' ἡμῖν φράσατον. Vesp. 73 Xanthias: *εἰ μὴ πύθοιθ' ἡμῶν,* v. 87: *φράσω γὰρ ἤδη . . . .* vv. 560 sqq. singularis exstat, v. 566 autem pluralis: *οἱ δὲ λέγουσιν μύθους ἡμῖν.* cf. ib. v. 567, 568, 569 sqq. 574 etc. Creberrime ea mutatio numerorum in chronicis carminibus animadvertitur, qua de re infra nonnulla afferam.

Rarior autem quam modestiae pluralis maiestatis, qui vocatur, est. Adhibetur in oratione sublimi ita, ut loquens aliquis eo utatur, ut superbiam vel iactationem significet. Exemplum habes An. I 7, 6 Cyrus: *Ἀλλ' ἔστι μὲν ἡμῖν, ὦ ἄνδρες, ἡ ἀρχὴ ἡ πατρῴα*; ita respondet certior factus nonnullos dicere eum angustiis pressum multa promissa facere, quae servare non possit. Plurali autem continetur hoc: Quid, nonne talis vir, qualis ego sum, qui tantum possidet, promissis suis stare potest? atque pulchre id plurali exprimitur. Alia eius generis exempla Xenophontea sunt: An. I 7, 7 Cyrus: *ἡμᾶς δεῖ τοὺς ἡμετέρους φίλους τούτων ἐγκρατεῖς ποιῆσαι.* An. VI 6, 28 Cleander: *Ἐπεὶ τοίνυν τοιοῦτος εἶ, κατάμενε, ἵνα καὶ περὶ σοῦ βουλευσώμεθα . . . .*; hoc loco certo pluralem maiestatis agnosco. Nam ut e conexu intellegitur (cf. §§ 16, 18, 20, 24, 34) penes Cleandrum solum erat diiudicare, utrum hominem accusatum poena afficeret necne. Hell. II 4, 18 vates: *ἐπειδὰν μέντοι τοῦτο γένηται, ἡγησόμεθα μέν, ἔφη, ἡμεῖς, νίκη δ' ὑμῖν ἔσται ἑπομένοις . . .*; egregie in plurali inest superbia vatis qui, ut sui victoriam adipiscantur, moriturus est. Hell. V 4, 33 Cleonymus: *εὖ δ' ἐπίστω, Ἀρχίδαμε, ὅτι καὶ ἡμεῖς πειρασόμεθα ἐπιμελεῖσθαι ὡς μήποτε σὺ ἐπὶ τῇ ἡμετέρᾳ φιλίᾳ αἰσχυνθῇς*; hic illum pluralem exstare cognoscitur ex vv. sqq.: *καὶ οὐκ ἐψεύσατο, ἀλλὰ καὶ ζῶν ἅπαντ' ἐποίει ὅσα καλὰ — καὶ ἐν Λεύκτροις πρὸ τοῦ βασιλέως μαχόμενος — ἀπέθανε.* Cyr. II 1, 6 Cyaxares: *πελτασταὶ δὲ καὶ τοξόται γένοιντ' ἄν πως ἐκ τῆς ἡμετέρας* (sc. *χώρας*) *κἂν ἑξακισμύριοι.* Cyr. VI 2, 39 Cyrus: *εἰ δέ τις χρημάτων προσδεῖσθαι νομίζει εἰς ἐμπολήν, γνωστῆρας ἐμοὶ προσαγαγὼν . . . . . . λαμβανέτω ὧν ἡμεῖς ἔχομεν.* ib. § 40 idem: *ὅταν δὲ τὰ τῶν θεῶν καλῶς ἔχῃ, σημανοῦμεν.*

ib. VII 5, 39 idem: *Περιμένετε, ἕως ἂν τὸν ὄχλον διωσώμεθα.* ib. § 42: *Ἄνδρες φίλοι καὶ σύμμαχοι, τοῖς μὲν θεοῖς οὐδὲν ἂν ἔχοιμεν μέμψασθαι τὸ μὴ οὐχὶ μέχρι τοῦδε πάντα, ὅσα ηὐχόμεθα, καταπεπραχέναι.* ib. § 43: *ὅτι ἕωθεν ἀρξάμενοι ἀκούειν τῶν προσιόντων οὐκ ἐλήξαμεν πρόσθεν ἑσπέρας· καὶ νῦν ὁρᾶτε τούτους ἄλλους πλείονας τῶν χθὲς παρόντας ὡς πράγματα ἡμῖν παρέξοντας.* Similiter apud Herodotum III 85 Darius: *Οἴβαρες, ἡμῖν δέδοκται περὶ τῆς βασιληΐης ποιέειν κατὰ τάδε* etc.

Etiam in Platonis dialogis hic usus reperitur, velut Phaed. 62 C Socrates: *Ἴσως — οὐκ ἄλογον μὴ πρότερον αὑτὸν ἀποκτιννύναι δεῖν, πρὶν ἀνάγκην τινὰ ὁ θεὸς ἐπιπέμψῃ, ὥσπερ καὶ τὴν παροῦσαν ἡμῖν* i. e. tali viro qualis ego sum. Videmus maiestatis quoque pluralem apud Platonem tantum progressum esse, ut vicissitudo fiat numerorum, cf. Phaed. 69 D Socrates: *εἰ δὲ ὀρθῶς προὐθυμήθην καί τι ἠνυσάμην, ἐκεῖσε ἐλθόντες τὸ σαφὲς εἰσόμεθα, ἐὰν θεὸς ἐθέλῃ, ὀλίγον ὕστερον, ὡς ἐμοὶ δοκεῖ.* In Xenophontis operibus talia non inveniuntur.

Jam Aristophanea exempla eius pluralis afferam: Thesm. 183 Agathon: *τίς οὖν παρ' ἡμῶν ἐστιν ὠφέλειά σοι;* ib. 195 sq. idem: *Μή νυν ἐλπίσῃς τὸ σὸν κακὸν ἡμᾶς ὑφέξειν· καὶ γὰρ ἂν μαινοίμεθ' ἄν.* Nub. 1102: *ἡττήμεθ', ὦ βινούμενοι.* Ach. 738 homo Megareus: *ἀλλ' ἔστι γάρ μοι Μεγαρικά τις μαχανά. Χοίρως γὰρ ὑμὲ σκευάσας φασῶ φέρεν;* hoc loco aliquid morari debemus, quia Suidas hunc versum bis citat atque utroque loco scribit pro *γάρ μοι* „*ἡμῖν*“, unde nonnulli concluserunt *ἡμῖν* vel potius Dorice *ἁμίν* legendum esse. Si *ἡμῖν* sumimus, pluralis maiestatis agnoscendus est, quo significatur Megareum superbire repentina sua cogitatione, quod per se absurdum non esse arbitror. Sed codices singularem numerum praebent. Sane mirum est vocabulum *γάρ* priori versu positum, atque lectio Suidae Brambachio[1]) quomodo legendum sit monstravit. Bentleium secutus vocabulo *ἡμῖν* a Suida tradito Doricam formam *ἐμίν* occultam esse putat atque pro *γάρ* legit *γα* — *ἐμίνγα* gravior forma est pro *ἐμίν* —, ut versus, quem Suidas

[1]) cf. Brambach, Rh. M. XXI p. 632.

invenit, fuerit hic: *ἀλλ' ἔστ' ἐμίνγα μεγαρικά τις μαχανά.* — *ἐμίν* exstat etiam in v. 733. — Dissensio, quae est circa haec verba, explicanda est ita, ut aut a scribis pro Dorica forma Attica *μοί* posita aut *ἐμίν* cum *ἡμῖν* propter similitudinem commutatum sit. Itaque ego quoque singularem scribendum esse censeo. Aliud maiestatis exemplum habes Vesp. v. 652: *Ἀλλ' ὦ πάτερ ἡμέτερε Κρονίδη;* cum ironia sed pulchre plurali exprimitur Bdelycleonis superbia patris sui, cui tanta potestas sit quanta aequet Jovis; nam vv. 619 sqq. Philocleo cum Jove se comparaverat. Porro Eccl. 3 Praxagora: *γονάς τε γὰρ σὰς καὶ τύχας δηλώσομεν.* ib. 864 vir alter: *καλούμεθ' αὐτάς.* Thesm. 50: *πρόμος ἡμέτερος;* mea sententia maiestatis pluralis hic aptus est, quia servus domini modo loquitur. Superbia eius plurali significatur, etiam ad maiestatem domini ipsius *ἡμέτερος* pertinet. Thesm. 886: *Τόδ' ἐστὶν αὐτοῦ σῆμ', ἐφ' ᾧ καθήμεθα.* Priore huius versus parte imitatio exstat Eur. Hel. v. 485; sed pluralis maiestatis ibi non praebetur. v. 859 autem Aristophanes singularem usurpavit, cum Euripides pluralem habeat v. 16: *ἡμῖν δὲ γῆ μὲν πατρὶς οὐκ ἀνώνυμος.* Alias quoque maiestatis pluralis se offert apud Euripidem, cf. Hel. 22: *ἃ δὲ πεπόνθαμεν.* Unum exemplum Aristophaneum inveni, quod quomodo explicem non satis video, dico Nub. 11: *ἀλλ' εἰ δοκεῖ, ῥέγκωμεν ἐγκεκαλυμμένοι;* aut pro maiestatis plurali haberi potest, cum angustiae, in quibus versatur Strepsiades, plurali exprimantur idque pulchre. aut ita intellegendum est, ut iocose ad spectatores pertineat.

In Aristophanis quoque comoediis usus tantum processit, ut numeri permutentur; cf. Equ. 1243 sq.: *οἴμοι κακοδαίμων· οὐκέτ' οὐδέν εἰμ' ἐγώ. λεπτή τις ἐλπίς ἐστ', ἐφ' ἧς ὀχούμεθα.* Imprimis in choricis carminibus sescenties exempla occurrunt, quibus animadvertitur vicissitudo numerorum, ut Ran. 213: *φθεγξώμεθ', εὔγηρυν ἐμὰν ἀοιδάν;* ea autem exempla aliter intellegenda esse infra seorsum exponam.

Nunc paucis verbis exponere liceat, quid de usu illorum pluralium, qui est apud Graecos scriptores, in universum ad hoc tempus dici possit. Inveniuntur raro apud Homerum (cf.

p. 14), saepius apud Aeschylum et Sophoclem, a quibus eorum usus proprie excultus videtur esse (cf. Volp p. 20 sqq.); Euripides quomodo et quatenus illos usurpaverit, nondum constat, sed apud hunc quoque exempla occurrunt (cf. p. 27). Etiam Herodoti et Antiphontis et Thucydidis lingua plurales ostendit (cf. p. 20 et p. 26). Prae ceteris prosae orationis scriptoribus pluralem modestiae saepe adhibuit Xenophon, praecipue in verbis dicendi et sentiendi; creberrime iis locis usurpatum invenimus, ubi scriptor de se loquitur; cuius usus auctor aut Herodotus aut Antiphon videtur esse; etsi plerumque talibus exemplis apud hos singularis occurrit, tamen satis saepe pluralis legitur (cf. p. 20). Aequo modo Thucydides, quantum video, plerumque singularem adhibet (cf. p. 20). Xenophon item utroque numero utitur, sed saepissime plurali (cf. p. 21 sqq.); contra Aristoteles, ubi ad prius dicta lectores relegat, semper pluralem ponit (cf. p. 20 sq.). Apud Platonem pluralis modestiae creberrime exstare videtur; sed haec exempla tam arcte cum universa ratione, qua Socrates in Platonis dialogis disputare solet, cohaerent, ut nullo pacto tamquam singularia a reliqua eius consuetudine divelli debeant. Plerumque enim is eos, quibuscum colloquitur, secum comprehendit plurali usus (cf. p. 24; p. 13 sq.). Aristophanis opera rarius quam Xenophontis, sed multa satis exempla praebent (cf. p. 18; p. 23).

Maiestatis pluralis si exempla Xenophontea cum Aristophaneis comparamus, cognoscimus apud hunc usum longius processisse. Nam cum in illius libris — apud Platonem idem videtur esse (cf. p. 26), cf. etiam Her. III 85 — sublimi modo oratione offerantur atque iis locis, quibus princeps vel dux de se loquitur (cf. p. 25 sq.), apud hunc exempla exsistunt, quae sunt sermonis cotidiani (cf. Eccl. 864, Thesm. 886 cf. p. 27), ut fortasse conici possit usum in cotidiana lingua longius progressum esse. Neque vero quomodo usus processerit quantumque dicere possum, ne arbitror quidem in Graeca lingua rem ita excultam esse ut in Latina, in qua temporibus posterioribus imperatores de se dicunt maiestatis plurali adhibito

„nostra maiestas“, „nostra serenitas“, cives, qui iis inferiores erant et iis adulabantur, modestiae plurali „mediocritas nostra“ etc., quibus exemplis Draegerus tamquam aulicam linguam indicari arbitratur.[1]) Utique necesse est scriptores temporum Byzantinorum perlegere, ut id statuatur. In universum usum illum e poësi, atque imprimis e poësi sublimi tragica, in pedestrem orationem transisse puto. Deinde usus in cotidiana lingua longius excultus videtur esse. Consuetudinem autem auctorum iis locis, quibus de se loquuntur, modestiae pluralem ponendi prosae orationis proprium esse arbitror.

Caput IV.

De prima persona haec hactenus. Quid doceamur de secunda? Maiestatis pluralis secundae personae exemplum unum repperi Pax 441 sq. Trygaeus: *Ὅστις δὲ πόλεμον μᾶλλον εἶναι βούλεται, μηδέποτε παύσασθ᾽ αὐτόν, ὦ Διόνυσ᾽ ἄναξ* . . . . Nam plurali *παύσασθε* Dionysum solum dici in aperto est.

Hic praeterea alia res est commemoranda. Satis saepe verbi pluralis, si complures personae intelleguntur, cum singularis vocativo coniungitur, quo princeps persona distinguatur; quibus locis quin nec modestiae nec maiestatis pluralis exsistat nemo dubitabit. Exstat hic usus maxime apud poëtas; sed etiam apud scriptores pedestris orationis exempla se praebent; ut Xen. An. VII 7, 3 Medosades: *Ἀδικεῖτε, ὦ Ξενοφῶν, τὰς ἡμετέρας κώμας πορθοῦντες.* ib. § 18 Xenophon: *Ἐθέλοιτε δ᾽ ἂν τούτοις, ὦ Μηδόσαδες, ἐπιτρέψαι*; his locis Xenophon et Medosades, cum nobiliores sint personae, seorsum compellantur. Porro legimus Hell. III 4, 25 legati Tithraustae: *Ὦ Ἀγησίλαε, ὁ μὲν αἴτιος τῶν πραγμάτων καὶ ὑμῖν καὶ ἡμῖν ἔχει τὴν δίκην.* Hell. IV 1, 11: *Ἴτ᾽, ἔφη* (Agesilaus), *ὑμεῖς, ὦ Ἡριππίδα, καὶ*

[1]) cf. Draeg. hist. synt. linguae Latinae I p. 25.

διδάσκετε . . . .; pluralis spectat ad ceteros quoque Spartiatas, itaque postea: *οἱ μὲν δὴ ἐδίδασκον.* Hell. VI 1, 5 Jason: *Ὅτι μέν, ὦ Πολυδάμα, καὶ ἄκουσαν τὴν ὑμετέραν πόλιν δυναίμην ἂν παραστήσασθαι* —. Cyr. I 6, 36: *Ὅτι, ἔφη* (Cambyses), *ὦ παῖ πολλὰ μὲν τούτων ἀνάγκη ἐστὶ καὶ ὑμᾶς καὶ τοὺς πολεμίους παρασχεῖν.* Cyr. IV 1, 14 Cyaxares: *Ἀλλ', ὦ Κῦρε, ὅτι μὲν τῶν ἄλλων μᾶλλον ἀνθρώπων μελετᾶτε ὑμεῖς οἱ Πέρσαι* — § 15 *ὁρᾶτε* — § 16 sqq. autem singularis praebetur; vicissitudo igitur numerorum animadvertitur.

Saepius is usus apud poëtas se offert; iam in Homeri carminibus legitur;[1]) de usu Aeschyleo et Sophocleo vide Volpium.[2]) Aristophanea autem exempla sunt: Ran. 1479: *χωρεῖτε τοίνυν, ὦ Διόνυσ', εἴσω*; Pluto Dionysum solum, cum insignior sit Aeschylo, alloquitur. Nub. 256 sq.: *οἴμοι, Σώκρατες, ὥσπερ με τὸν Ἀθάμανθ' ὅπως μὴ θύσετε.* Vesp. 975: *ἴθ', ἀντιβολῶ σ', οἰκτείρατ' αὐτὸν ὦ πάτερ καὶ μὴ διαφθείρητε*; hoc loco facile aliquis credat pluralem maiestatis exstare, quia Philocleo unus est iudex; sed pluralis, ut iam Reisigius[3]) recte vidit, explicandus est ita, ut de iusto iudicio cogitetur, quasi omnes adsint iudices. Eodem modo v. 993 Philocleo dicit: *πῶς ἄρ' ἠγωνίσμεθα,* quamquam solus suffragium tulerat. Vesp. 1152 sq.: *ἀλλ' ὤγαθέ, εἴπερ γ' ἀνάγκη κρίβανόν μ' ἀμπίσχετε.* Lys. 209: *Λάζυσθε πᾶσαι τῆς κύλικος, ὦ Λαμπιτοῖ.* Lys. 518: *Πῶς ταῦτ', ὦνερ, διαπράττεσθ' ὧδ' ἀνοήτως*; Lys. 548: *Ἀλλ', ὦ τηθῶν ἀνδρειοτάτη καὶ μητριδίων ἀκαληφῶν, χωρεῖτ' ὀργῇ καὶ μὴ τέγγεσθ'· ἔτι γὰρ νῦν οὔρια θεῖτε.* Lys. 1166: *Ἄφετ', ὦγάθ', αὐτοῖς.* ib. 1172: *Ἐᾶτε, μηδὲν διαφέρου περὶ τοῖν σκελοῖν.* Aequo modo dualis cum vocativo singularis coniungitur, ut Acharn. 259: *Ὦ Ξανθία, σφῷν δ' ἐστὶν . . . . .* Eccl. 710: *Φέρε νυν φράσον μοι, ταῦτ' ἀρέσκει σφῷν*; Plut. 66: *Ὦ τᾶν, ἀπαλλάχθητον ἀπ' ἐμοῦ.* ib. 454 sq.: *Γρύζειν δὲ καὶ τολμᾶτον, ὦ καθάρματε, — δεινὰ δρῶντ' εἰλημμένω.*

---

1) cf. Kuehner, gram. Graec. II § 371, 4 β.
2) cf. Volp l. l. p. 31.
3) cf. Reisig, Coni. p. 238.

Quibus exemplis affinia sunt ea, quibus singularis forma imperativi *εἰπέ* ad vocativum pluralis vel ad complures vocativos refertur, e. g. Av. 366 upupa: *εἰπέ μοι, τί μέλλετ' ὦ πάντων κάκιστα θηρίων.* Ach. 319: *εἰπέ μοι, τί φειδόμεσθα τῶν λίθων, ὦ δημόται*; Ach. 328: *εἰπέ μοι, τί τοῦτ' ἀπειλεῖ τοὔπος, ἄνδρες δημόται*; Vesp. 403: *εἰπέ μοι, τί μέλλομεν* (cf. 408: *ἀλλὰ — βαλόντες — παιδία θεῖτε . . . .*). Pax 383: *εἰπέ μοι, τί πάσχετ', ὦνδρες; ἔσται' ἐκπεπληγμένοι.* Apud Xenophontem tale exemplum non inveni; sed tamen hic usus in pedestri oratione exstat, cf. Plat. Prot. 311 D: *εἰπέ μοι, ὦ Σώκρατές τε καὶ Ἱππόκρατες, ὡς τίνι ὄντι τῷ Πρωταγόρᾳ ἐν νῷ ἔχετε χρήματα τελεῖν.*

Caput V.

Sequitur, ut de plurali propriorum nominum nonnulla dicam, cum is cum plurali maiestatis certam habeat affinitatem. Ut enim maiestatis pluralis optime vertitur „homines qualis ego sum“, ita hoc viri vel feminae eiusdem generis significantur. In Xenophontis libris eiusmodi exempla non inveni; etiam apud poëtas tragicos admodum raro reperiuntur.[1]) Aristophanes autem satis multa praebet, cf. Av. 484: *Δαρείων καὶ Μεγαβάζων*; ib. 558: *Ἀλκμήνας*; 559: *Ἀλόπας καὶ Σεμέλας*; 1222: *Ἰρίδων*; 1701: *Γοργίαι τε καὶ Φίλιπποι*; Ran. 963: *Κύκνους καὶ Μέμνονας*; 1041: *Πατρόκλων, Τεύκρων*; 1043: *Φαίδρας Σθενεβοίας*; 1049: *Σθενέβοιαι*; 1051: *Βελλεροφόντας*; Ach. 603: *Τισαμενοφαινίππους*; 605: *Γερητοθεοδώρους*; 1071: *Λάμαχοι*; Plut. 287: *Μίδαις*; Thesm. 547: *Μελανίππας ποιῶν Φαίδρας τε.* ib. 550: *Φαίδρας.* Eccl. 1042: *Οἰδιπόδων.*

---

1) cf. Volp p. 33.

Caput VI.

Restat, ut de permutatione numerorum, quae in choricis carminibus Aristophanis animadvertitur, nonnulla dicam. Facile credat quispiam ex variis numeris concludi posse, quis fuerit loquens persona. Quod fieri non potest, nam et chorus et coryphaeus de se atque aliis utroque numero utuntur. Difficile sane est interdum dictu utrum carmen aliquod cantatum an recitatum sit, i. e. utrum chorus an coryphaeus id rettulerit; imprimis apud Aristophanem, quia in comoedia chorus non modo melicis carminibus quid sentiat exprimit, sed ei magna communio est cum progressu rerum atque saepe cum persona aliqua scaenica colloquitur. Qua de re multi viri docti scripserunt, de Aristophane praecipue Arnoldtius[1]) et Muffius;[2]) ut, etsi viri docti inter se dissentiant, tamen in universum res satis sit aperta. Sed timeo, ne ad aliena aberrem. Iis autem locis, quibus pluralis iuxta singularem legitur, modestiae vel maiestatis pluralem non agnoscendum esse omnes intellegent. Quomodo res est explicanda? Arbitrandum non est poëtam metri causa numeros mutasse, cum orationem non metro, sed metrum orationi accomodet, etsi negandum non est illum interdum, si pluralis aptior erat singulari, illum huic anteposuisse. Neque vero poëtam plane ad libidinem singularem aut pluralem posuisse arbitror, ut Muffius opinatur;[3]) nam persuasum mihi est nonnullis locis illum bene sibi non constitisse. Res explicanda est ita, ut iis locis, quibus coryphaeus de se non singulari sed plurali utitur, de ceteris choreutis cogitet, quos sibi assentiri scit, vel de toto choro, pro quo verba facit; cum autem chorum alloquitur modo plu-

[1]) Arnoldtius in libro, qui inscribitur „Die Chorpartieen bei Aristophanes“.

[2]) Muffius in opere suo, cui titulus est „Ueber den Vortrag der chorischen Partieen bei Aristophanes“ p. 6.

[3]) cf. Muff. p. 29 sqq.

rali modo singulari usus aut de singulis cogitet aut chorum quasi pro uno histrione habeat. Aequo modo se habet, si chorus de se modo singulari modo plurali adhibito loquitur. Atque si quis histrio coryphaeum compellat plurali posito hic explicandus est ita, ut de toto choro, pro quo coryphaeus loquitur, cogitetur et qui fortasse in colloquio motus fecit, cum nutatione capitis vel alio motu se verbis illius assentiri ostendat. Sed transeamus ad exempla afferenda. Ach. 285 sqq. pluralis legitur; 285: *σὲ μὲν οὖν καταλεύσομεν*, 291 autem singularis: *πρὸς ἔμ' ἀποβλέπειν*, 295 rursus pluralis: *κατά σε χώσομεν τοῖς λίθοις*, 299 singularis: *μηδὲ λέγε μοι* etc.; his versibus poëtam certa causa commotum esse, ut numeros commutaret, putari non debet. Eodem modo se habet Ach. 675: *ὥς ἐμὲ λαβοῦσα τὸν δημότην*, in antistropha 697: *ὅτ' ἦμεν ἐδιώκομεν*. Ach. 977: *Οὐδέποτ' ἐγὼ — ὑποδέξομαι*, 987: *ἐξέχει θ' ἡμῶν* etc. Equ. 249: *πολλάκις γὰρ αὔτ' ἐρῶ*, 252: *καὶ γὰρ ἡμεῖς*. ib. 619: *ἅπαντά μοι σαφῶς*, 620: *ὥς ἐγώ μοι δοκῶ*, in antistropha 689: *συμμάχους δ' ἡμᾶς ἔχων*. Nub. 565: *κικλήσκω*, 569: *ἡμέτερον πατέρ'*. Vesp. 270 sqq., quos versus singulos choreutas recitasse Arnoldtius docuit: *ἀλλά μοι δοκεῖ στάντας — ᾄδοντας — ἤν τί πως ἀκούσας τοὐμοῦ μέλους*. ib. 416: *οὐ μεθήσομαι*, 422: *ἐξολοῦμεν*, 428: *εἰ δὲ μή, φήμ' ἐγώ*. ib. 632: *ἠκούσαμεν*, 637: *ὥστ' ἔγωγ' ηὐξανόμην* etc. 1060: *ὦ πάλαι ποτ' ὄντες ἡμεῖς ἄλκιμοι*, 1067: *ὡς ἐγὼ τοὐμὸν νομίζω*, in antistropha 1091 sq.: *ἆρα δεινὸς ἦ — καὶ κατεστρεψάμην* etc. 1094 sqq.: *οὐ γὰρ ἦν ἡμῖν* etc. Pax 311: *Ἀλλ' ἀκούσαντες — χαίρομεν*, 317: *ἐς χεῖρας ἔλθῃ τὰς ἐμάς*. ib. 321: *οὐ γὰρ ἂν χαίροντες ἡμεῖς τήμερον παυσαίμεθ' ἄν*; 324 sq.: *Ἀλλ' ἔγωγ' οὐ σχηματίζειν βούλομ', — οὐκ ἐμοῦ κινοῦντος*, 327: *πέπαυμαι*, 328: *μ' ἔασον*, 330 autem: *Οὐκ ἂν ὀρχησαίμεθ', εἴπερ ὠφελήσαιμέν τί σε*. 332: *λήγομεν*, 334 sqq. rursus singularis exstat: *μοὖστ' — ἥδομαι γὰρ καὶ γέγηθα* etc. Pax 348: *ἀνεσχόμην*, 349: *μ' εὕροις* etc. 355: *ἀπολλύμεθα καὶ κατατετρίμμεθα*. cf. ib. 582, 583—584. 765 et 767. Av. 328 sqq.: *προδεδόμεθ' ἀνόσιά τ' ἐπάθομεν. ὃς — θ' ἡμῖν ἐνέμετο πεδία παρ' ἡμῖν* legimus,

333 sqq. autem: *ἐς δὲ δόλον ἐκάλεσε, παρέβαλέ τ᾽ ἐμέ* etc. ib. 373 sq.: *πῶς δ᾽ ἂν οἵδ᾽ ἡμᾶς τι χρήσιμον διδάξειάν ποτε ἢ φράσειαν, ὄντες ἐχθροὶ τοῖσι πάπποις τοῖς ἐμοῖς*; porro Av. 1091 sqq., 1097, 1099, 1189 et 1263. Ran. 213: *φθεγξώμεθ᾽, εὔγηρυν ἐμὰν ἀοιδάν*, 217: *ἰαχήσαμεν* etc. 229, 234, 241 sqq.; 384 sqq. 402, 413—416. Lys. 341 sqq. singularis invenitur: — *μή ποτ᾽ ἐγὼ* — *ἴδοιμι*, 345: *ἔσχον*, 346: *καλῶ*, 349 autem pluralis: *μεθ᾽ ἡμῶν*; item cf. Lys. 358 sqq., 362, 367, 370 sqq.; ib. 476 et 480. ib. 618 sqq. et 624; ib. 638 sqq. et 655; 1055 sqq. et 1060. Thesm. 123: *σέβομαι*, 127: *ἀμετέρας*. ib. 526: *οὐκ ἂν φόμην ἐν ἡμῖν*, 528: *ἐπαινῶ*. ib. 700 et 728. ib. 965 et 974. 977 et 980 sqq. 1146 et 1155 sqq.

Exempla autem, quibus coryphaeus de se tum singulari tum plurali utitur, cum causa vicissitudinis aperta non sit, praebeo haec: Ach. 303 sq.: *Σοῦ δ᾽ ἐγὼ λόγους λέγοντος οὐκ ἀκούσομαι — ἀλλὰ τιμωρήσομαι*, 312: *πρὸς ἡμᾶς; εἶτ᾽ ἐγώ σου φείσομαι*, 316: *ἡμῖν*. ib. 323: *Οὐκ ἀκουσόμεσθα δῆτα*, 324: *ἐξολοίμην, ἢν ἀκούσω*, 333: *Ὡς ἀπωλόμεσθ᾽. ὁ λάρκος δημότης ὅδ᾽ ἔστ᾽ ἐμός*. ib. 558 et 571. 627 sqq. et 661. Equ. 499: *κατὰ νοῦν τὸν ἐμόν*, 501: *ὡς ἡμᾶς*, 503: *ἡμῖν*. ib. 1277, 1282 et 1289. Vesp. 465: *ὑπιοῦσά με*, 467: *ἡμᾶς ἀπείργεις*; 486 sq.: *ἕως ἄν τί μου λοιπὸν ᾖ, ὅστις ἡμῶν* etc. ib. 547 et 649. 726 et 728. 1071 sqq. et 1075. 1275 et 1284 sqq. Pax 557: *ἄσμενός σ᾽ ἰδὼν προσειπεῖν βούλομαι — 558: ἃς ἐγὼ ᾽φύτευον*, 559: *θυμὸς ἡμῖν ἐστι*. ib. 617 et 618 et 630. ib. 765 et 767 et 769. Av. vv. 548 sqq. coryphaeus plurali utitur: *ὡς ζῆν οὐκ ἄξιον ἡμῖν* etc., 571: *πῶς ἡμᾶς νομιοῦσι* etc., 577: *ἢν δ᾽ οὖν ἡμᾶς* etc., in v. 587 autem singularis legitur: *λέγε δή μοι*. ib. 688 sqq. et 692. Lys. 260: *ἃς ἐβόσκομεν*, 263: *κατὰ δ᾽ ἀκρόπολιν ἐμὰν λαβεῖν*. cf. ib. 286 et 289 et 291. ib. 782 sqq. et 793 sqq. ib. 1075 et 1082. Thesm. 785 sqq. et 790. Eccl. 515; *ἡμεῖς δόξομεν*, 516: *οἶδα*. ib. 1152 sqq. et 1158 et 1159. Plut. 257: *Οὔκουν ὁρᾷς ὁρμωμένους ἡμᾶς* etc., 259 sq.: *σὺ δ᾽ ἀξιοῖς ἴσως με θεῖν, καὶ ταῦτα πρὶν φράσαι μοι ὅτου χάριν μ᾽ ὁ δεσπότης* etc. cf. ib. 268 et 271 et 272. 280 et 281 et 282 sqq. 286 et 288. 328 et 330 sq.

Ut dixi, nonnullis locis poëta bene sibi non constitit in usurpandis numeris, ut Av. 310 sqq., quos versus singulos choreutas recitasse verisimile est;[1]) singularis praebetur: v. 310: *μ᾽ ὃς ἐκάλεσε*, 315: *πρὸς ἐμὲ φίλον ἔχων*, 322: *ἐξ ὅτου ᾽τράφην ἐγώ*, 323: *τί μ᾽ εἰργάσω*, in v. 326 autem pluralis exstat: *παρ᾽ ἡμῖν*; hoc loco vicissitudo mira non est, nam pluralis ad singulos choreutas, qui locuti sunt, et ad upupam pertinet. Porro Av. 336: *ἀλλὰ πρὸς τοῦτον μὲν ἡμῖν ἐστιν ὕστερος λόγος*, 337: *τὼ δὲ πρεσβύτα δοκεῖ μοι τώδε δοῦναι τὴν δίκην*, in v. 338 rursus pluralis *ὑφ᾽ ἡμῶν* legitur; hic quoque poëta bene numeros confudisse mihi videtur, nam vocabulis *δοκεῖ μοι* coryphaeus suam sententiam cum choro communicat. Idem habes Nub. 1114: *οἶμαι δέ σοι ταῦτα μεταμελήσειν*, 1116: *βουλόμεσθ᾽ ἡμεῖς φράσαι* etc. Vesp. 1102 sqq. pluralis se offert, 1120 bene singularis. Simile est Av. 323 et 326; in v. 323 upupa eum choreutam, qui tunc ipsum locutus erat, compellat: *μήπω φοβηθῇς τὸν λόγον*, v. 326 melius pluralis exhibetur: *εἰ παρ᾽ ὑμῖν εἴμ᾽ ἐγώ*. Nub. 595 chorus: *ἀμφί μοι αὖτε* etc., 601: *ἥ τ᾽ ἐπιχώριος ἡμετέρα θεὸς — Ἀθάνα*; *ἡμετέρα* aptius est, quia Minerva dea est Atheniensium. Similiter Thesm. 1136: *Παλλάδα τὴν φιλόχορον ἐμοὶ* etc., 1140: *ἣ πόλιν ἡμετέραν ἔχει*.

Etiam si quis histrio chorum vel coryphaeum alloquitur, pluralis iuxta singularem reperitur, ut Av. 372 sqq.: *καὶ διδάξοντές τι δεῦρ᾽ ἥκουσιν ὑμᾶς χρήσιμον*, v. 377 autem singularis positus est: *οὐ μάθοις ἂν τοῦθ᾽*; hic a poëta discrimen non fieri inter numeros per se patet. Idem est ib. 471, ubi Pisthetaerus coryphaeum compellat singulari usus: *ἀμαθὴς γὰρ ἔφυς*, in v. 483 autem plurali *ὑμῖν πρῶτ᾽ ἐπιδείξω*. Porro Ach. 366 Dicaeopolis: *ἰδοὺ θέασαι*, 368: *ἀμέλει*, 383: *ἐάσατε*. Pax 313 sqq.: 313: *εὐλαβεῖσθε* etc., 326: *ἀλλὰ παῦε παῦ᾽ ὀρχούμενος*, 327: *φῄς γε, παύει* . . . ., 329 rursus: *ὀρχήσεσθ᾽*, 332: *ῥίψαντες — λήγομεν*. cf. ib. 912 et 916 et 918. Lys. 656: *ἆρα γρυκτόν ἐστιν ὑμῖν; εἰ δὲ λυπήσεις τί με* . . . . . . cf. ib.

[1]) cf. Arnoldtius l. l. p. 70 sqq.

682 sqq. et 696 et 698 sqq. ib. 800 et 805. ib. 1033 sqq. et 1037 et 1040. Plut. 274 Carion: *ἡγεῖσθέ μ' εἶναι κοὐδὲν ἂν νομίζεθ' ὑγιὲς εἰπεῖν;* 277: *Ἐν τῇ σορῷ νυνὶ λαχὸν τὸ γράμμα σου δικάζειν, σὺ δ' οὐ βαδίζεις.* Sed longum est omnia enumerare exempla.

Haec sunt quae de tota re dicenda mihi visa sunt.

VITA.

Natus sum Carolus Warth in urbe Birkenfeld ad Naham fluvium sita prid. Kal. Mart. anno h. s. LXVI patre Carolo, quem mihi puero sex annorum praematura morte ereptum esse lugeo, matre Maria Philippina e gente Schumacher, quam adhuc superstitem valde veneror. Fidei addictus sum evangelicae. Primis litterarum elementis imbutus gymnasium frequentavi patrium, quod auspiciis F. Backii floret. Maturitatis testimonium adeptus vere anni LXXXVI Halas Saxonum me contuli, ut studiis operam darem philologicis. Cum ibi per ter sex menses scholas audivissem vv. ill. Dittenberger, Duemmler, Erdmann, Ewald, Haym, Hertzberg, Hiller, Keil, Vaihinger, Marpurgensem adii academiam, ubi per quinque semestria discipulus fui vv. dd. Bergmann, Birt, Cohen, Fischer, Niese, L. Schmidt, Varrentrapp, Wissowa. Seminarii exercitationibus affui docentibus Schmidtio, Birtio, Wissowa, Niesio, Varrentrappio, Bergmanno, Cohenio. His viris omnibus, qui me docuerunt, gratias ago quam maximas, imprimis Schmidtio, Birtio, Wissowae consilio et humanitate optime de me meritis.